



Je ne fay rien  
sans  
**Gayeté**

*(Montaigne, Des livres)*

Ex Libris  
José Mindlin







ANIMALIA NOVA  
SIVE  
SPECIES NOVAE  
LACERTARUM,

QUAS

IN ITINERE PER BRASILIAM ANNIS MDCCCXVII — MDCCCXX

JUSSU ET AUSPICIIS

MAXIMILIANI JOSEPHI I.

BAVARIAE REGIS

SUSCEPTO

COLLEGIT ET DESCRIPSIT

*Dr. J. B. DE SPIX,*

*Ordinis Regii Coronae Bavaricae civilis Eques, Academiae scientiarum Bavaricae Socius ordinarius, Musei Regii zoologici, zootomici et ethnographici Conservator, Academiae Naturae Curiosorum, Societatis literariae Edinburgensis, Moscoviensis etc. Sodalis.*

---

M O N A C H I I.

TYPIS FRANC. SERAPH. HÜBSCHMANNI.

MDCCCXXV.



# FAUTORES,

qui huic operi nomina inscribenda dederunt.

---

	Numerus exemplarium.
MAXIMILIANUS JOSEPHUS I., Rex Bavariae	2
CAROLINA FRIDERICA GUILIELMA, Bavariae Regina	1
GUILIELMUS, Dux Bavariae	1
MARIA AMALIA, Dux Bipontina, Comes Palatina	1
* * *	
ALEXIUS FRIDERICUS CHRIST., Dux Anhaltino-Bernburgensis	1
FRANCISCUS I., Austriae Imperator	1
CAROLINA AUGUSTA, Austriae Imperatrix	2
} curante Schalbacher Bibl. Vindob.	
ANTONIUS VICTOR JOS. JOH. RAYM., Archidux Austriae, cur. Schaumburg.	1
FERDINANDUS, Archidux Austriae, Magnus Dux Etruriae, cur. Artaria et Font. et Schaumburg	2
MARIA LUDOVICA, Archidux Austriae, Dux Parmensis	1
LUDOVICUS Magnus Dux Badensis	1
GUILIELMUS I., Rex Belgii	2
FRIDERICUS GUILIELMUS III., Rex Borussiae	1
LUDOVICUS, Magnus Dux Hasso-Darmstadtensis	1
FRIDERICUS FERDINANDUS, Dux Anhalt-Cöthensis cur. Hartmann Bibl. Lips.	1
PAULUS ALEXANDER LEOPOLDUS, Princeps Lippe-Detmoldensis	1
FRANCISCUS, Princeps Regius Neapolitanus	1
MARIA ISABELLA, Princeps Regia Neapolitana, Dux Calabriae	1
HENRICUS LXXII., Princeps Reuss-Ebersdorf-Geraensis	1
ALEXANDER I., Russiae Imperator	1
CAROLUS FELIX JOSEPHUS, Rex Sardiniae	1
FRIDERICUS AUGUSTUS I., Rex Saxoniae; cur. Lindauer Bibl. Monac.	1
CAROLUS AUGUSTUS Magnus Dux Saxo-Vimaricensis, cur. Art. et Fontaine	1
GUILIELMUS I., Rex Würtembergiae	1
* * *	
PROSPER LUDOVICUS, Dux Arẽmbergensis	1
CAROLUS Egon, Princeps Fürstenbergensis, cur. Artaria et Fontaine	1
ALEXANDER, Princeps de Galitzin, in Russ. Imp. cultus et erud. publ. Minister	10

## IV

	<u>Numerus exemplarium.</u>
CAROLUS FRIDERICUS GUILIELMUS, Princeps Leiningensis	1
EUGENIUS, Dux Leuchtenbergensis, Princeps Eichstädtensis	3
CAROLUS PHILIPPUS DE WREDE, Princeps Ellingensis	1
Bibliotheca Regia Berolinensis, cur. Sander Bibl. Berol.	1
„ „ Bonnensis, cur. Weber	1
„ „ Dresdensis, cur. Artaria et Fontaine	1
„ „ Herbipolitana	1
„ Tribunalis Reg. rerum metallurgic. Monacensis	1
„ Imp. horti botan. Petropolitani	1
„ „ Reg. Musci hist. natur. Vindobonensis, cur. Häubner	1
L. B. de ASBEK, Praefectus Reg. Herbipoli	1
Comes de BRAY, Regis Bavar. ad Reg. Christian. Legatus, Societ. Reg. bot. Ratisb. Praeses.	1
CAMPE, Consul Reg. Bavar. Lipsiae	1
JOSEPHUS, Comes de ESTERHAZY. cur. Schaumburg	1
FRIDER. FLEISCHER, Bibliopola Lipsiensis	20
HOFFMANN et CAMPE, Bibliopolae Hamburgenses	3
S. et J. LUCHTMANS, Bibliopolae Lugdunenses	3
J. MÜLLER, Bibl. Amstelodamensis	1
L. B. de OLENIN, Russ. Imperat. a Consiliis secret., Praeses. Acad. art. Pctropol.	2
PERTHES et BESSER, Bibliopolae Hamburgenses	12
P. J. SCHALBACHER, Bibliopola Vindobonensis	10
C. SCHAUMBURG, Bibliopola Vindobonensis	6
L. B. de SCHMERFELD, Minister Electoralis Hasso-Casselanus, cur. Artaria et Fontaine	1
GASPARUS, Comes de STERNBERG, Pragae	1

## P R A E F A T I O.

---

**S**erpentes pedibus omnino destituti, metallico colorum splendore miraque varietate insignes, nec non mortifero, quod nonnullis inest, veneno formidabiles, plures jam dudum nacti sunt, qui iis indagandis describendisque insudarent. Quin singula illorum nomina hic recenseam, praestantiōres tantum nostri aevi scriptōres: Sebam, Linnaeum, Lacepedeum, Daudinium, Merremium etc. nominasse sufficiat. Quorum inter opera, si rerum copiam et varietatem spectes, Sebae Thesaurus eminet, qui, licet vera falsis misceat, plurima tamen e dissitis terrae regionibus congesta

atque de serpentibus et aliis animalibus notatu dignissima complectitur, longoque adhuc tempore ut repertorium amphibiorum quoddam universale doctorum usibus inserviet.

Linnaeo vero vindicandum est meritum, primum serpentum species accuratius distinxisse et distinctas exactis characteribus adumbrasse, cuius mox vestigia legentes Galli Buffonumque illustrantes meliori adhuc Minerva rem prosecuti sunt. Quod autem Gallos, Lacepedeum, Daudinium, effugit, id Schneideri studio vel potius Merremii curis sagacioribus detectum est, lucique clariori redditum.

Hisce naturae scrutatorum laboribus excitati, etiam eruditorum nonnulli, qui per terras remotissimas iter fecere, sibi maximae curae duxerunt, ut historiam naturae universalem eiusque partem, Ophiologiam, novis illarum, quas inspexerunt, regionum animalium speciebus locupletarent. Tali modo, ut de caeteris sileam, Russelius, Anglus, serpentibus, quos ex reliquis orbis terrarum partibus jam cognitos habemus, in libro descriptionibus largis quam imaginibus exactis illustriori, novas serpentum orientalium species addidit.

Omniū autem, qui hucusque itineribus orbem emensi sunt, neminem merito gloriari posse arbitror, se tum zoologiam, tum

ophiologiam in specie tanto animalium numero auxisse, quam cl. Academiae Monacensis socium, Joannem de Spix, uti partim eius libri Brasiliae Faunam illustrantes ac paulatim prodeuntes edocent, partim Museum Brasilianum ab ipso authore Monachii extractum intuentibus contestatur. Quodsi enim serpentes ex omnibus terrarum partibus hucusque collecti, quorum species 127 Asiae, 26 Europae, 37 Africae, 178 Americae, 18 Australasiae adscribuntur, et quibus insuper nonnumquam, praesertim 94 speciebus patria dubia, imo contraria assignatur, 480 numerum non excedant, solum Museum Brasilianum serpentum, quas e Brasilia reportavit, 100 sistit, ex quibus species 48 adhuc sunt incognitae; cum praeterea vir cl., quando Brasiliae plagas perlustravit, hanc serpentum congeriem ipsemet observavit et collegit, circa locum ac regionem, ubi reperti sunt, dubium superesse haud potest. Ophiologiam igitur speciebus hisce incognitis et monographia Brasiliae particulari ornaturus, non solum species novas describendas curae meae mandavit, verum etiam conspectum omnium cognitarum ut redderem, earum synonymiam minus recte definitam pro viribus corrigerem, scriptisque Academiae Monacensis insererem, author suasorque fuit. Tanti viri consilium liberrime amplexus descriptiones proprio quidem Marte exaravi, quae vero de modo loquoque vivendi allegantur, ea solum illius benevolentiae debeo.

Qualemcunque vero diligentiam huic labori impenderim, materiem tamen et scribendi occasionem soli labores suppedita-

runt praestantissimi viri, cuius insigne de locupletandis ophiologiae non solum sed etiam reliquae zoologiae partibus meritum grata posteritas jure suspiciet, nihilque ardentius optabit, quam ut et alia eiusmodi Musea unius vel regionis vel orbis animalia complectentia, a Museis universalibus separata constituentur, monumentis publicis publico litterarum commodo consecranda.







JACARETINGA mosclifer.

*Le petit Crocodile musqué de Bahia.*

Tab I.

# A M P H I B I A.

## Ordo I. Lacertae

Caudatae, tetra-vel bi-podes, 5-1 dactylae, squamatae, natantes, gradientes vel repentes, labiis, tympano, palpebris (exceptis Geckone, Chameleonte nec non Polychro), sterno, pelvi, pulmonibus 2, ventriculo cordis unico auriculisque duabus, Crocodili ano longitudinali et pene unico, reliquae ano transverso et pene gemino instructae; mas foeminam coeundo fecundans; foemina ova plurima oblonga, non concatenata, in aere duriuscula pariens, non incubans; pullus fere perfectus ex ovo absque metamorphosi egrediens.

### A. AMBLYGLOSSES (lingua obtusa, non extensili.)

Quadrupedes, gressoriae, Crocodilo excepto 5-dactylae et unguiculatae, aspectu haud raro tristes ac horridae; lingua brevi, apice emarginata, in Crocodilo fere tota connata apiceque non excisa; rostro frequenter obtuso; naribus anticis, lateralibus, in Crocodilo superis; tympano patulo, in Crocodilo cute mobili tecto; cauda plus minusve compressa.

## Familia I. Crocodili.

Natantes vel gradientes, supra anulatim loricati; subtus scutati, inter scuta dorsalia et abdominalia fere nudiusculi; capite laevi; rostro vel obtuso, vel acuto, vel tenui et acuminato; naribus anticis, superis, approximatis; oculis ac tympano valvula mobili tectis; lingua brevi, connata, non excisa; dentibus palatinis nullis, maxillaribus conicis; poris femoralibus nullis; ano longitudinali; digitis pedis anterioris 5, liberis, unguiculatis, 2 exterioribus muticis; digitis pedis posterioris 4, plerumque semipalmatis, unguiculatis, externo mutico; cauda supra pinnatifida.

### GENUS I. JACARETINGA.

Rostrum acutum, haud tenue; scuta cervicalia 4-3-2cuspidata serie longitudinali intermedia cum scutis thoracis cohaerentia; plantae pedum semipalmatae; dens inferior utrinque quartus in fossam maxillae superioris recondendus.

#### SPECIES. I. JACARETINGA MOSCHIFER. TAB. I.

Nigro-rufescens, moschum quam maxime redolens; capite subglabro, supra inter oculos largo, plano, transversim nec cristato nec foveato, ante oculos elevato, rectangulo; scutis ante pectus maximis, non sinuatis; collo tenuiore, distincto.

DESCRIPTION. Corpus rufescens, supra, nec non subtus nigro-maculatum vel fasciatum; caput acutum, subglabrum, rufescens, supra inter oculos latum, planum,


nec cristatum nec versus nares foveatum, ante oculos lateraliter elevatum, rectum, acute marginatum; palpebrae obtegentes, versus marginem externum non duplicatae; crista infraorbitalis nulla; maxillae inferiores sub angulo acuto coalitae, flavo rufescentes nigroque maculatae; dentes superiores utrinque 20, inferiores 22; margo occipitis lateralis subelevatus, posticus fere planus; gula fulva; abdomen fulvescens; cauda fusconigra, fulvo fasciata; scuta nuchalia seriebus 7 disposita, quarum illae occipiti proximae ac lateraliter excurrentes 2, et quidem 1<sup>ma</sup> in medio nuda, utrinque ad latera scutella exigua 2, 2<sup>da</sup> in medio scutella 2 minima, lateraliter utrinque 3 exigua, reliquae 5 subsequentes in media cervice longitudinaliter positae, et quidem 1<sup>ma</sup>, 2<sup>a</sup>, 4<sup>a</sup>, 5<sup>a</sup> scuta 2 magna, subbicuspidata, 3<sup>a</sup> tricuspida, omnia lateraliter recta continent; scuta thoracica rectangula, glabra, medio cristata, a pede anteriore usque ad posteriorem segmentis 18 collocata, quorum 1<sup>m</sup> scuta 4, 2<sup>m</sup> et 3<sup>m</sup> 6, reliqua octo 8, tria subsequencia 6, segmenta pone pedes sive caudalia septem scuta 4, subsequencia octo scuta 3 in medio fere non cuspidata, ad marginem lateralem cristata, reliqua octodecim scuta unicristata exhibent; scuta pedum, praecipue anteriorum medio subcristata, apice acuta; scuta gularia minima, collaria magna, serie non sinuata sed circulari, clavicularia scutis omnium specierum maxima, abdominalia omnia rectangula, glabra, maiora; pedes supra fusco-nigri, subtus flavicantes, posteriores semipalmati. Longitudo corporis speciminis descripti fere adulti 3° 9 $\frac{1}{2}$ ', capitis 6 $\frac{1}{2}$ ', colli 3 $\frac{1}{2}$ ', thoracis 1°, caudae 1° 11'; latitudo arcus maxillaris pone mentum 5".

Habitat in lacu urbis Bahiae, odorem moschiferum quam maxime repandens; differt a Crocodilo trigonato Schneid. scutis cervicalibus non irregularibus nec tricuspидatis, a Cr. palpebroso Cuv. capite glabro, acuto, ante oculos rectangulo, scuto cervicali intermedio non bi-, sed tri-cuspidato, numeroque scutorum thoraciorum.

## SPECIES 2. JACARETINGA PUNCTULATUS. TAB. II.

Minor, acutirostris, supra olivaceo-virescens nigroque punctulatus; capite depressiusculo, inter oculos angusto, excavato, transversim cristato, versus nares nec cristato nec foveato; scutellis pone occiput plurimis minutis, in series 2 transversas excurrentibus; scutis in media cervice seriebus 5 positis, cum thorace cohaerentibus; segmento scutorum clavicularium minus largo.

**D**ESCRIPTIO. Corpus supra olivaceo-virescens, nigro punctulatum vel lituratum raroque maculatum, subtus immaculato-flavum; caput olivaceo-virescens, nigropunctatum, non obtusi-sed acutirostre, subglabrum, inter oculos et nares depres-



JACARETUNGA punctulatus.

*Petit Jacaré à points noirs*

Tab. II.

*De la collection de la bibliothèque de la ville de Paris*





CAIMAN niger.

*Jacaré noir.*

Tab. IV.

siusculum, coarctatum, supra inter oculos compressum, canaliculatum, antice transversim semicirculariter cristatum, versus nares neque cristatum neque foveatum; palpebrae membranaceae, coriaceae, rugosae, ad marginem subduplicatae; margo occipitis lateralis non reflexus, rectus, posticus vix sinuatus; lingua angulusque mentalis angustiores; maxilla inferior apice haud plana; dentes superiores et inferiores utrinque 20; gula flava, hinc inde nigro punctata; scuta nuchalia seriebus 7 disposita, quarum 1<sup>a</sup> et 2<sup>a</sup> scuta in medio minima, lateraliter minora, excurrentia, 3<sup>a</sup>-7<sup>a</sup> scuta subbicuspidata, in media nucha longitudinaliter posita et cum scutis thoracis absque intervallo cohaerentia continent; scuta thoracica subquadrata, in medio dorso non carinata, lateralia subcarinata, ab humeris usque ad femora in 17 segmenta divisa, quorum 1<sup>m</sup> scuta 4, tria subsequencia sc. 6, quinque subs. scuta 10, quinque subseq. sc. 8, unum subseq. sc. 4, duo subs. sc. 8, segmenta caudalia subsequencia scuta 6 continent, quorum decem lateraliter utrinque cristata, reliqua 21 unicastata; scutella pedum apice trigona, medio vix cristata; scuta abdominalia quadrata, plana, scutis dorsi vix maiora, quorum segmenta collaria trigono-sinuata, in regione claviculari largiora quam in Caimano nigro, sed minora quam in Jacaretinga moschifero; pedes posteriores magis semipalmati quam in Jacaretinga moschifero. Longitudo corporis speciminis adulti et hic depicti 3°, capitis 5', colli 3', thoracis 8', caudae 1° 4½'; latitudo arcus maxillaris pone mentum 5".

Habitat solitarius prope Ecgam, in ripa Solimoëns diu dormiens et Jacaretinga (Jacaré minor) ab incolis dictus; differt ab Alligatore palpebroso longitudine multo minore, crista interoculari transversa palpebrisque membranosis, a Sclelope Cuv. rostro non obtuso sed acuto, a Cr. trigonato Schneid. scutis cervicalibus non irregularibus.

## GENUS II. CAIMAN sive ALLIGATOR (JACARÉ).

*Rostrum non acutum sed obtusum, supra depressum, largiusculum; arcus maxillaris inferior patens, obtusus, applanatus; pedes posteriores vel fissi vel frequenter semipalmati; dens inferior utrinque quartus in fossam maxillae superioris recondendus.*

### SPECIES I. CAIMAN sive NIGER. TAB. IV.

Nigerrimus, semipalmatus, supra flavo sparsim maculatus sive subfasciatus; capite virescente, supra inter oculos compresso, canaliculato, antice transversim et versus maxillae marginem oblique cristato ac foveato; palpebris versus marginem non duplicatis, non osseis; 4 seriebus scutorum postoccipitalium transverse lateque excurrentibus, 5 aliis in media cervice positis.

**D**ESCRPTIO. Corpus supra nigerrimum, flavo sparsim maculatum vel subfasciatum, relucens, subtus immaculato-flavum; caput virescens, in maxilla inferiore

fusco fasciatum, supra depressum, latum, apice obtusum, inter oculos compressum, profunde canaliculatum, crista transversa angulata divisum, versus nares 2-3 foveatum ac cristatum; margo occipitalis lateralis planus, posticus sinuatus, infraorbitalis cristatus et pone planiusculus; orbita duplo largior quam in Crocodilo nilotico; lingua et arcus maxillae inferioris obtusiores; apex maxillae inferioris latus, planiusculus; dentes superiores et inferiores utrinque 18; palpebrae membranosae, non verrucosae, versus marginem large duplicatae; scuta trunci subquadrata, omnia medio cristata, cervicalia pone occiput minora, tuberculata, in 5 series transversas excurrentia, illa in media cervicē seriebus 5 longitudinalibus posita, quorum duo anteriora maxima, 4cuspidata, reliqua 2cuspidata; segmenta thoracica 18, quorum primum scuta 4, secundum, tertium et sextum scuta 6, quartum usque ad undecimum scuta 10, duodecimum et decimum tertium scuta 8, decimum quartum usque ad decimum octavum scuta 6 continent; segmenta caudalia bicristata 18, unicristata 22; scutella pedum acute trigona, vix cristata; scuta abdominalia scutis dorsi vix maiora, quadrata, sub gula et inter femora minora, sub collo in segmentis trigonis posita, in regione claviculae minora quam in *Jacaretinga moschifero* et nigro-punctulato; pedes posteriores large semipalmati. Longitudo corporis speciminis adulti 11°, illius hie picti 3°, 5', capitis 7', colli 3', thoracis 10', caudae 1°, 9'; latitudo arcus maxillaris pone mentum 9". An idem cum *Crocodilo nigro fluminis Nigri Adansonii* (Cuv. Anal. d. M. p. 39.)?

Habitat sub nomine *Jacquaré*, *Jacquaréçu*, gregarius, anthropophagus ideoque terrorem incolis injiciens ad littora fluminis Amazonum et Solimoëns; quinquaginta in aqua refluyente gregarii natant orbitis caudaeque apice vix conspicui, avibus aquaticis dorso haud raro insidentibus inservientes; ova pariunt 30 oblonga, dura, 4' longa, in sylvis sub foliis abscondita, illisque a ripa lacus vel fluvii invigilant; animalium hominumque partes ceu escam tortillando avellunt; eorum caro tota, praecipue testiculus moschum redolet, et ab Indis non ut solum nutrimentum sed etiam medela in doloribus nervosis praesertim auditus et contra morsum serpentum venenatorum requiritur.

#### SPECIES 2. CAIMAN FISSIPES. TAB. III.

Virescens supra; digitis plantarum non palmatis; scutis cervicalibus planioribus, postoccipitalibus serie triplici transversa late excurrentibus, cervicalibus intermediis in serie quadruplici collocatis, prioribus quadricuspidatis, reliquis bicuspidatis; capite supra inter oculos canaliculato et transverse cristato; gula flavicante.

**D**ESCRPTIO. Corpus supra virescens, nigro maculatum, subtus flavicans, lateraliter nigro maculatum; caput virescens, obtusum, depressum, latum, exesum; inter






CAIMAN fissipes.

*Le Crocodile fissipède.*

Tab. III.



IGUANA squamosa.

Tab. V.

oculos canaliculatum et antice crista transversa angulata, aliaque obliqua versus dentes separatum, versus nares bifoveatum, in medio occipite impressum, ad marginem occipitis lateralem planum, ad posticum sinuatum; dentes maxillares supra et infra utrinque 18; palpebrae membranosae, ad marginem non duplicatae, pone subcornuatae; gula viridi-flava; collum capite latius; spatium occiput inter et scuta cervicalia nudiusculum, 1' longum; scuta trunci omnia exesa, in medio cristata, cervicalia seriebus 7 collocata, quarum prima, secunda et tertia scuta 8, quarta scuta 4, magna, reliquae tres scuta bicuspidata continent; segmenta thoracica 17, quorum primum et secundum scuta 6, novem sequentia scuta 8, lateralia inter se distantia, tria subsequentia scuta 6, duo subseq. scuta 4 continent; segmenta caudalia 25 omnia cristata, quorum primum scuta 6, secundum scuta 8, reliqua 23 unicristata vel unipinnata; scuta humeri acute rhomboidea, femoris subquadrata; scuta abdominalia quadrata, sub collo circulariter posita, inter pedes anteriores minora, irregulariter seriata, ante anum minima; pedes posteriores epalmati. Longitudo corporis adulti 5°, 5', caudae 2°, 9'; latitudo anguli mentalis 1 $\frac{3}{4}$ ', colli 6'.

Habitat in lacubus flumini St. Francisci proximis, ab incolis „Jacquaré com pappo amarello“ nominatus et ab alio „com pappo pretto“ distinctus.

## Familia II. Iguanae.

Stupidae, tardigradae. haud raro mitigandae, ad ripam fluviorum ac lacuum vel in locis humidis sylvaticis, ramis inhaerentes, nec non in aqua natantes, foliis, insectis limoque victitantes, esculentae, non venosae; capite alto, obtuso, supra et ad marginem oris scutellato, scutello occipitali intermedio subperforato; gula strumosa vel membranacea non dilatabili, pendula, pectinata, vel dilatabili non pectinata; trunco caudaque dentatis; cauda compressa, dentibus palatinis brevibus; digitis inaequalibus, elongatis, liberis; poris femoralibus conspicuis vel nullis.

### GENUS I. IGUANA.

*Gula paleari, pectinata; squamis ad marginem oris largissimis; collo laterali tuberculis scutellato; pectinibus dorsi vaginatis; dorso nec non cauda tuberculosis et anulariter seriatis; squamis abdominalis vix maioribus; dentibus maxillaribus compressis, tricuspidatis; poris femoralibus verrucosis.*

#### SPECIES I. IGUANA SQUAMOSA. TAB. V.

Maxima, flavo-viridi nigroque variegata; gula paleari non tuberculis sed squamis majusculis, trigonis, acuminatis obsita; rostro supra nares convexo; abdomine viridi-flavo, nigro-punctato, lateraliter fusco vix fasciato; digitis nigris, viridi-flavo marginatis; scutello lineari inter scutella capitis maxima nullo; tuberculis scutellatis colli lateralis cumulatis; squamis 3 internares et canthum oculi internum in linea recta positus; poris femoralibus utrinque 13; pectinibus dorsi 2' longis.

**D**ESCRIP TIO. Corpus supra olivaceo-viridifuscum, subtus viridi-flavum, nigro punctatum; caput trigonum, obtusum, supra depressum, squamoso-scutellatum, scu-

tello occipitis intermedio antice 4 minoribus munito, scutellis 3 sublateralibus inter nares et oculos, rugoso-tuberculatum supra nares et occiput, circa oculos, et ante tympanum; vertex labiaque scutellis, rostrum apice et maxilla lateralis inferior pone squamis largissimis; gula 2' pendula, membranacea, non dilatabilis, a mento ad sternum excurrentis, 12 dentibus pectinata, squamisque longiusculis, trigonis, nigro viridique flavo maculatis obsita; dorsum et cauda medio pectinata, pectinibus 2' longis, vaginatis; truncus supra tuberculatus, tuberculis suborbicularibus, anulatim seriatis, in cauda et abdomine majusculis, subquadratis, sub collo, praecipue supra pedes trigonis, acuminatis, medio carinatis ac hispidis; cauda flavo-viridi fuscoque nigro 14-fasciata, compressa, apice acuta; pori femorales utrinque 13; pedes supra viridi nigricantes vel viridi nigroque variegati; digiti praecipue anularis posterior elongati nigro flavoque viridi striati; ungues nigri; macula flavicans a collo laterali versus humerum vix conspicua. Longitudo corporis 4° 5', capitis 2½', caudae 3° 5', digiti longissimi 3½'.


Habitat, esca incolarum delicatissima, supra arbores ad ripam lacus et fluminum Bahiae, Parae; differt ab Iguana delicatissima, quam jam Laurenti distinxit, squamis gulae palearis non tuberculatis sed oblongis, majoribus, corpore epidermide sublevata non coeruleo sed viridi-fusco, hypochondriis fusco non fasciatis, tuberculis colli lateralis seriebus 6 non dispositis sed cumulatis, scutellisque capitis hinc inde diversis.

#### SPECIES 2. IGUANA VIRIDIS. TAB. VI.

Majuscula, immaculato-herbaceoviridis. supra humerum flavo striata; hypochondriis flavo-coeruleo nigroque 4-fasciatis; tuberculis scutellatis, colli lateralis paucis, dispersis; squamis humeri femorisque supra non hispidis; scutellis capitis supra paucioribus quam in Iguana delicatissima et squamosa; rostro supra nares plano.

**D**ESCRIP TIO. Corpus supra immaculatum, coerulescenti-herbaceo viride, sublus viridi-flavicans; caput obtusius quam in praecedente, scutellis frontis magnis 3-4 seriatis, nasalibus magis transversis et minus oblongis ac in Iguana squamosa, pone oculos uni-, pone tympanum vix tuberculatum; gula nigro lineata, squamulis nigris viridibusque variegata, 8 dentibus pectinata; tubercula scutellata colli lateralis pauca, dispersa; cristae spinales angustiores; tubercula dorsi nec non caudae granulosa, anulatim seriata; squamulae abdominis trigonae, imbricatae, femoris vix largiores; pori femorales utrinque 10; stria flavicans a collo laterali ad humerum, in mare maior, in foemina minor; fasciae hypochondriales 4, transversae, viridi-flavae nigroque cinc-





IGUANA viridis .

*Iguane vert.*


Tab. VI .



IGUANA coerulea .

Tab VII.





IGUANA emarginata.

Tab. VIII.



tae, in foemina fere deficientes; cauda longa, viridis, compressa. Longitudo corporis  $3^{\circ} 2\frac{1}{2}'$ , capitis  $1\frac{1}{3}'$ , caudae  $2^{\circ} 2'$ .

Habitat, ab incolis „Camelcon verde“ appellata, supra ripam Rio St. Francisci et Itapicuru, sicuti Crocodilus dormiens, territaque subito aquam petens.

### SPECIES 3. IGUANA COERULEA. TAB. VII.

Minor. coerulea, brevicristata; dorso laterali transversim albo 5 fasciato; squamis labialibus paucioribus quam in speciebus praecedentibus; serie scutellorum maiorum ante oculos supra non triplici sed unica; scutello nasali intermedio nullo; pectinibus gulae continuis, non interruptis; scutello pone oculos fere nullo.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus praecedente duplo minus, supra subtusque coeruleum, olivaceo-brunneo nubilatum; caput breve, supra nares non scutellatum sed tuberculatum et vix convexum; scutella verticis uti in praecedentibus intermedia nulla, labiorum marginalia pauciora ac in speciebus praecedentibus; scutellum magnum pone oculos fere nullum; gula pallearis tenerrime granulosa, trigona, pendula, 11 - 12 dentibus pectinata, pectinibus non interruptis, transverse nigro 4 lineata; tubercula scutellata colli minora; spina dorsi ab occipite usque fere ad tertiam caudae partem cristata, cristis 1" longis, cervicalibus vix maioribus; dorsum maris laterale transverse albo 5 fasciatum, tenerrime tuberculatum, tuberculis anulatim seriatis, in cauda, abdomine et pedibus subtrigonis; stria a collo laterali ad humerum albicans; pori femorales minuti, utrinque 15; cauda ensiformis, curvata, albo transverse fasciolata. Longitudo corporis  $1^{\circ} 5\frac{1}{2}'$ , capitis 1', trunci ab occipite ad anum  $4\frac{1}{2}'$ , caudae  $1^{\circ} 2\frac{1}{2}'$ .

Habitat in locis ripariis vel humidis Rio St. Francisci supra ramos arbustorum.

### SPECIES 4. IGUANA EMARGINATA. TAB. VIII.

Minor, olivaceo-virescens; gula pectinata, medio interrupta et excisa; serie scutellorum maiorum frontali-nasalium transversa, duplici, verticis longitudinali intermedia aequae ac in specie 1 et 2 conspicua.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus praecedente paulo maius, pedes anteriores inter et posteriores magis attenuatum, supra olivaceo-viride, subtus flavo-aeruginoso virescens; caput breve, supra aequae ac in specie 1 et 2, differenter vero ab Iguana coerulea scutellatum, scutello minuto nasali impari non uti in specie 1 et 2, sed uti in specie 3

dislocato, scutellisque labialibus aequae ac in *Iguana coerulea* paucioribus; palpebrae verrucosae, non fasciatae; gula viridi-flavicans, pectinata, margine medio excisa, lateraliter nigro lineata; cristae dorsales nec non caudales breves; tubercula cervicalia lateraliter minuta, paucissima; dorsum abdomenque aequae ac in specie praecedente squamoso-tuberculata; cauda ad basin crassa, cylindrica, uti et hypochondria albo non fasciata; pori femorales utrinque 16. Longitudo corporis 1° 8', capitis 1', trunci ab occipite usque ad anum 4 $\frac{1}{3}$ ', caudae 1° 2 $\frac{3}{4}$ '.

Habitat ad flumen St. Francisci supra ramos arbustorum, a foliis viridibus vix distinguenda.

#### SPECIES 5. IGUANA LOPIHYROIDES. TAB. IX.

Minima, coeruleo-virescens; palpebra tri-, cauda 15-fasciatis; occipite supra convexo; scutello nasali-frontali intermedio, verticalibusque intermediis nullis; hypochondriis transversim non fasciatis; gula paleari non excisa, nigro 10-lineata; crista dorsi brevissima.

**D**ESCRIPITIO. Corpus exiguum, supra dorsum fusco-olivaceo coeruleum, in abdomine coeruleo-viridi flavescens, in cauda viridi-coerulescens et late fusco fasciatum; caput breve, supra occiput tuberosum, pone oculos vix scutellatum; palpebra inferior albo bi-, nigro 1-fasciata; scutella labialia pauciora uti in specie praecedente; gula palcaris utrinque nigro 9 lineata, pallide flavicans, brevi-pectinata, non excisa; scutella magna maxillae inferioris albicantia; linea albicans supra humerum; tubercula cervicalia lateraliter exigua; crista dorsi caudaeque basalis vix conspicua; truncus tenerrime anulatim tuberculatus; cauda ad basin rotunda, reliqua coeruleo-viridi fuscoque anulata; pori femorales utrinque 14. Longitudo corporis 1° $\frac{3}{4}$ ', caudae 8'

Habitat non rara supra ramos in sylvis Rio de Janeiro, Bahiae.


#### GENUS II. LOPHYRUS (CALOTES).

*Stupidus, tardigradus, supra arbusta vivens; gula saccata, nec paleata nec pendula nec pectinata; dorso medio denticulato; capite maxime obtuso, brevi, declivi ac gibbo, apice non alto, ad oculos prominulo, supra non scutellato sed, uti corpore toto, squamuloso-hispido; poris femoralibus scutellisque colli lateralis tuberculatis squamisque malaribus magnis nullis; cauda in nonnullis rotundata.*



IGUANA lophyroides.

Tab IX



HOPECYRUS Xiphosurus.

Tab. X.





LOPHYRUS rhombifer

Tab. XI.

SPECIES 1. **LOPHYRUS XIPHOSURUS.** TAB. X. Mas.

Fusco-brunnescens supra, subtus brunneo-ochraceus; corpore attenuato, praecipue capite nigro-bifasciato hispidis; cauda maxime compressa, ensiformi, sursum curva; denticulis dorsi caudaeque quadratis, aculeatis; pedibus nigromaculatis.

**D**ESCRIP TIO. Corpus attenuatum, hispidum, supra brunneo-fuscum, subtus brunneo-fuscum vel brunneo-ochraceum; caput gibbum, supra tuberculoso-hispidum, supra inter oculos nigro bifasciatum, ante tympanum nigro maculatum; tympanum largum, rotundum; collum tenuius; truncus attenuatus, in medio dorso ab occipite usque ad caudae apicem serratus, reliquus squamulis hispidis anulatim seriatus, squamulis abdominalibus majusculis, rectangulis, medio aculeatis; cauda hispida, maxime compressa, ensiformis, sursum curvata, nigro punctulata; pedes nigro fasciati et punctulati; digiti elongati, praecipue posteriores lateraliter serrati. Longitudo corporis  $2\frac{1}{2}'$ , caudae  $10\frac{1}{4}'$ .

Reperitur supra ramos in sylvis tenebrosis fluminis Solimoëns; variant corpus supra cinereo-brunneum nigroque maculatum ac punctatum, cauda nigro cinereoque brunneo subfasciata, dorsumque laterale figuris rhombeis nigris longitudinaliter catenatis sive cohaerentibus. Haec differentia absque dubio magis sexualis est, Lophyrusque immaculatus foeminam Lophyri Xyphosuri maris exhibet.

SPECIES 2. **LOPHYRUS RHOMBIFER.** TAB. XI.

Rufo-brunneus, subtus rufescens, dorso medio utrinque figuris rhombeis rufis, nigro-marginatis, linearibus; capite supra oculos nigro fulvoque fasciato; spina dorsi dentata; denticulis caudae nullis; maxillis pedibusque nigro-fasciatis; cauda subrotundata.

**D**ESCRIP TIO. Corpus praecedente minus longum, supra brunnescens, subtus rufescens; caput supra, oculique fulvo nigroque 3-fasciati; tympanum oblongum, coarctatum, retroversum; collum distinctum, lateraliter nigro maculatum; spina dorsi ab occipite usque ad basin caudae denticulata; dorsum medium utrinque figuris rhombeis lineatis rufis, introrsum lineis nigris cinctis, longitudinaliter concatenatis maculisque 5 nigris, ocellatis ornatum; hypochondria sparsim nigro liturata; truncus caudaque supra granulis spissis, vix seriatis; corpus subtus anulatim squamulosum, subhispid-

dum, punctis nigris nonnullis variegatum; pedes nigrofasciati, posteriores digitique longi; cauda deorsum curva, subrotunda. Longitudo corporis 11', caudae 7½'.

Habitat supra ramos in sylvis humidis fluminis Solimoëns.

SPECIES 3. **LOPHYRUS MARGARITACEUS.** TAB. XII. F. 1.

Violaceo-brunnescens; capite supra margaritaceo-granuloso; dorso tenerrime granuloso, subtus squamulis anulatim seriatis aspero; spina dorsi caudaeque basalis denticulata; tympano elliptico re-troverso, antice subserrato; cauda fere rotundata.

**D**ESCRIP TIO. Corpus supra immaculatum, violaceo-brunnescenti fuscum, epidermide sublevata violaceum, subtus brunneo-ochraceum; caput supra granuloso-tuberculatum, circa oculos et supra occiput lineis granulosis rhombeis margaritaceum, subtus violaceo-brunneum, macula jugulari ochracea; supercilia angulata maxillaeque squamulosa; spina dorsi caudaeque basalis denticulata, denticulis compressis, erectis; dorsum caudaeque granuloso-squamulosa; cauda subrotunda, basalis modo denticulata, squamulis granulosis anulatim positis; squamae pedum, praecipue digitorum subasperae, abdominis majusculae, obtuso-trigonae, serie anulari imbricatae; fossula pone anum trigona. Longitudo corporis 10¼', caudae 7'.


Habitat in sylvis Bahiae et Solimoëns, colore corporis epidermide spoliati indico insignis.

SPECIES 4. **LOPHYRUS OCHROCOLLARIS.** TAB. XII. F. 2.

Fusco-brunnescens; cervice modo denticulata; dorso squamuloso, medio non denticulato; maculis 3 ante tympanum fulvis, alia intermedia nigra, aliaque pone tympanum fulva, larga, transverse nigrocincta.

**D**ESCRIP TIO. Corpus subasperum, supra fusco-brunneum, subtus rufobrunneum; caput supra squamoso-scutellatum, tuberculo occipitis intermedio impari lateraliter aculeis 3 minutis cincto; supercilia subcristata, crista usque ad nares decurrente; tympanum ellipticum, laterale; macula nigra infra oculos, aliae 3 fulvae ad angulum maxillae, aliaque intermedia nigra; collum laterale fulvo maculatum nigroque fasciatum; cervix 14-denticulata; dorsum medium non denticulatum, imbricato-squamosum, squamis trigonis, largiusculis, medio subcarinatis, abdominalibus,





LOPHYRUS 1. margaritaceus. 2. ochrocollaris.

Tab. XII.



IGUOPYRUS / Panthera 2 albomaxillaris. 3 cruceiger .

Tab XIII .

caudalibusque majoribus, apice acutis; pedes rufo-nigro fasciati, asperi; cauda ad basin crassa, depressiuscula, reliqua rotunda, tenerrima; fossula pone anum transversa. Longitudo corporis  $10\frac{3}{4}'$ , caudae  $7\frac{3}{4}'$ .

Vitam degit in sylvis fluminis Amazonum.

SPECIES 5. **LOPHYRUS PANTHERA.** TAB. XIII. Fig. 1.

Minor; corpore toto pantherino, albo-fulvo nigroque 5-fasciato; scutello occipitis intermedio largissimo; dorso subdenticulato; cauda rotundiore.

**D**ESCRIP.TIO. Corpus exiguum, non asperum, supra totum albo-fulvo nigroque fasciatum, subtus ferrugineum; caput agamoideum, tuberculatum, supra oculos squamosum, nigro fulvoque fasciatum, scutello occipitis intermedio impari largo, in medio albo; maxillae gulaque fulvo nigroque transverse virgatae, fasciis nigris fulvisque emarginatis; crista dorsi minima; dorsum dense granulosum; corpus subtus rufum, squamulosum; cauda, pedes digitique albo-fulvo nigroque fasciati. Longitudo corporis  $5\frac{1}{3}'$ , caudae  $3\frac{1}{3}'$ .

Habitat in sylvis ad pagum Ecgá.

SPECIES 6. **LOPHYRUS ALBOMAXILLARIS.** TAB. XIII. Fig. 2.

Minor, fusco-brunneus; maxillis taeniaque colli lateralis albis; dorso denticulato, maculis nigris ellipticis; cauda rotundata.

**D**ESCRIP.TIO. Corpus parvum, supra brunneo-fuscum, subtus ochraceo-brunnescens; caput tuberculoso-squamosum, supra inter oculos albofasciatum, postice crassum, tuberculo occipitis intermedio exiguo; tympanum parvum, patulum; maxillae albicantes, medio albo fuscoque fasciatae; taenia a maxillis supra collum laterale ad humerum alba; gula albo fuscoque nebulata; dorsum totum denticulatum nigroque maculatum, maculis ellipticis, albo marginatis; truncus supra tenerrime granulosus; abdomen caudaque imbricato-squamulosa; pedes, digiti caudaque subrotunda nigro-fasciati. Longitudo corporis  $3\frac{1}{2}'$ , caudae  $2\frac{1}{2}'$ .

Habitat haud agilis super herbas in sylvis Rio de Janeiro et Parae.

SPECIES 7. **LOPHYRUS AUREONITENS.** TAB. XIIIa.

Minor, brunneo-aureus; corpore toto fusco-brunneo, aeneo; capite gibbosissimo; orbitis prominulis, aureo-nitentibus; maxillis fulvo fuscoque fasciatis; dorso caudaque denticulatis; cauda compressiuscula.

**D**ESCRIP TIO. Corpus parvum, fusco-brunnescens, aureo-nitens, haud asperum, subtus pallide rufescens; caput breve, gibbum, supra squamuloso-rugosum, nigro 5-fasciolatum, in occipite tuberculatum, tuberculo impari cordato, medio impresso; orbitae protuberantes, ad marginem subcristatae; maxillae fulvo-albo nigroque fasciolatae; tympanum patulum; denticuli dorsi caudaeque apicis nigricantes; truncus brunneo-aureus, squamuloso-granulosus, lateraliter fusco maculatus; cauda haud longa, compressiuscula, brunneo-aurea nigroque fasciata; corpus subtus caudaque imbricato-squamulosa, pallide ochracea. Longitudo corporis 6', caudae 4½'.

Reperitur quietus super herbas in locis humidis fluminis Amazonum.

## Familia III. Agamae.

Agiles, sub terra et in locis petrosis viventes, tereticaudatae, excepto Polychro nec strumosae nec paleatae; corpore, praecipue cauda pedibusque, Polychro excepto, squamuloso-hispidis; spina dorsi caudaeque non denticulata; caput depressum, non gibbum, scutellatum; tympanum frequenter antice ciliatum; dentes acuti; palatum vel denticulatum vel non; pori femorales frequenter nulli; cauda frequenter ad basin incrassata, reliqua tenuis, rotunda, haud raro breviuscula; digiti inaequales, sublongi, non fimbriati.

GENUS I. **A G A M A.**

*Lophyrus simillima, agilis, brevicaudata; corpore capiteque depressiusculis, squamis hispidis; tympano ciliato; cauda verticillata, ad basin incrassata; poris femoralibus nullis; tuberculo occipitis medio impari; oculis palpebris tectis; digitis inaequalibus, non fimbriatis.*

SPECIES 1. **AGAMA HISPIDA** sive **TUBERCULATA.** TAB. XV.

2. Mas. 1. Foem.

Viridis, nigro-punctata; striga colli lateralis nigra; dorso nec non pedibus squamosis, longitudinaliter carinatis, hispidis; squamis dorsalibus maioribus quam abdominalibus; cauda subaculeato-squamulosa; palato denticulato.



**D**ESCRIP TIO. Corpus supra olivaceo-viride, nigro punctatum, hispidum, subtus brunnescens, squamis adentis coerulescens; caput squamosum, non hispidum, tu-



LOPHYRUS aureo-nitens .


Tab. XIII<sup>a</sup>.





1.  
*AGAMLA tuberculata* .

2.  
*AGAMLA hispida* .



AGAMIA semitaeniata.

AGAMIA nigrocollaris.



berculo occipitis intermedio oblongo; supercilia subcristata; tympanum foveatum, antice ciliatum; gula fulvo coeruleoque nigro-maculata; fascia larga, nigra ante scapulam; dorsum squamosum, hispidum, longitudinaliter utrinque 18-carinatum, squamis dorsi, caudae pedumque rotundatis, medio carinatis, apice obtuse triquetris vel subaculeatis, abdominalibus minoribus subquadratis, non carinatis, glabris; cauda ad basin incrassata, depressa, hispida vel subaculeata, reliqua tenuior, subrotunda. Longitudo corporis  $8\frac{1}{2}'$ , caudae  $5\frac{1}{2}'$ .

Habitat sub arbustis et locis petrosis soli expositis Rio de Janeiro, Bahiae, formicis victitans; mas corpore longiore, capite et cauda basali crassioribus, squamis corporis magis hispidis, femoribus subtus haud raro nigro maculatis; foemina minor squamis dorsi minus hispidis ac minoribus ideoque species diversa „tuberculata“ a me erronee denominata.

SPECIES 2. AGAMA SEMITAENIATA. TAB. XVI. Fig. 1.

Minor, agilis, fusco-virescens, non hispida; taenia intermedia coerulea a naribus usque ad dorsum medium; palato non denticulato.

**D**ESCRIP TIO. Corpus mediocre, depressiusculum, fere glabrum, supra virescens, subtus rufescens squamisque sublevatis coerulescens; caput trigonum, depressum, apice subobtusum, tuberculo occipitis medio antice rotundato, postice truncato, impresso; taenia intermedia coerulescens a naribus usque ad medium dorsum; dorsum non hispidum, tenerrime squamulosum, lateraliter nigro transverse strigilatum; squamae abdominis vix maiores; cauda basalis crassiuscula, lateraliter hispida; reliqua rotunda, verticillata; pedes versus digitos asperi. Longitudo corporis  $5\frac{3}{4}'$ , caudae  $3\frac{3}{4}'$ .

Habitat sub petris in campis montosis Sincura provinciae Bahiae; mas a foemina vix diversus.

SPECIES 3. AGAMA NIGROCOLLARIS. TAB. XVI. Fig. 2.

Minor; corpore olivaceo-viridi, depresso, subhispido; fascia collari nigra; scutello occipitis intermedio trigono; dentibus palatinis nullis; cauda subtus albicante.

**D**ESCRIP TIO. Corpus Agamae hispidae simile, modo subexiguum, epidermide adempta totum coeruleum, supra fusco-virescens, nigro punctulatum, subtus fulvescens; caput tuberculatum, tuberculo occipitis impari cordato; caput subtus, gula

pectusque lineis coeruleis transversim undulata; tympanum profundum, antice ciliatum; fascia colli lateralis nigra; squamulae dorsi granulosa, subhispidae, squamulis abdominis maiores; cauda rotunda, verticillata, viridis, fusco-maculata, ad basin crassiuscula, squamis apice mucronatis, subtus fulva; femora subtus fulva, ad anum nigro-striata; pori femorales nulli. Longitudo corporis 5', caudae 3'.

Habitat in Bahia interiore.

SPECIES 4. **AGAMA CYCLURUS.** TAB. XVII. Fig. 1.

Minor, olivaceo-brunnescens; dorso caudaque nigro fasciolatis; dentibus palatinis nullis.

**D**ESCRIPITIO. Corpus supra olivaceo-brunneum, longitudinaliter carinatum, subhispidum, subtus brunnescens, epidermide sublevata albo-coeruleum; differt a praecedente corpore modo minore, squamuloso, fasciis nigricantibus emarginatis, dentibus palatinis et poris femoralibus nullis. Longitudo corporis 4', caudae  $2\frac{3}{4}$ '.

Habitat in confinibus Bahiae.


GENUS II. **POLYCHRUS.**

*Longicaudatus, Agamas inter et Geckones intermedius; corpore elongato, supra tuberculoso-squamoso, squamis divaricatis, subtus imbricato-squamoso; dorso caudaque non cristatis; gula substrumosa; digitis nec oppositis nec fimbriatis; lingua brevi; palpebris fere nullis.*

SPECIES 1. **POLYCHRUS MARMORATUS.** TAB. XIV.

Fulvo-rufescens; capite obtusiusculo, pone oculos nigro-bistriato, supra scutellato; scutellis imparibus intermediis continuis, supra rostrum nullis; tympano largiusculo; gula media denticulata; femoribus subtus porosis; cauda longissima, rotunda.

**D**ESCRIPITIO. Corpus elongatum, fulvo-rufescens, nigro punctatum, nec non lateraliter nigro maculatum, supra tuberculoso-squamosum, squamis ovatis, dispersis, non carinatis, subtus ochraceum, anulariter imbricato-squamosum, squamis trigonis; caput virescens, obtusiusculum, scutellis supra rotundioribus, imparibus ad apicem rostri nullis, intermedio inter oculos non lineari sed cordato, largo; occiput scutellatum, non rugosum; orbita oblonga, pone nigro-bivirgata; palpebrae introrsum versae, subrotundae, nigro-lineatae; tympanum oblongum, largum; gula vix strumosa,



1.  
AGAMA Cyclurus.

2.  
ANOLIS violaceus.





POLYCHRUS marmoratus. *Fern*

Tab. XIV.



*IPOLYCHIRUS acutirostris.*

Tab. XIV<sup>a</sup>.

medio denticulata; pori femorales utrinque 11; cauda rotunda, imbricato-squamulosa, corpore duplo longior, nigrofasciata; digiti haud longiusculi, unguiculati, unguiculis compressis, nigris. Longitudo corporis 1°, 8', caudae 1° $\frac{3}{4}$ '.

Habitat tardigradus in sylvis prope Rio de Janeiro, foemina mare fuscescente crassior magisque fulvescens ac maculata.

SPECIES 2. **POLYCHRUS ACUTIROSTRIS.** TAB. XIVa.

Olivaceo-albescens; capite acutiore, pone oculos nigro non virgato, supra, praecipue in occipite tuberculoso-scutellato, scutellis intermediis super rostrum imparibus, reliquis continuis; palpebris fere nullis, sive introrsum versis, cameleontinis; tympano angustiore; gula non denticulata; squamis dorsis largioribus, magis divaricatis; poris femoralibus nullis; cauda longiuscula, compressa.

**D**ESCRIP TIO. Corpus olivaceo-canescens, subtus ochraceum; caput acutiusculum, scutellis in apice rostri imparibus, inter oculos intermedio lineari, occipitalibus omnibus tuberculosis, rugosis; orbitae rotundatae, patulae, apertura palpebrarum parva; tympanum minutum; squamae dorsii oblongae, planiusculae, divaricatae, abdominis imbricatae, trigonae; cauda longitudine fere corporis, compressa, vix nigro-anulata; digiti subaequales, non oppositi, non fimbriati. Longitudo corporis 1°, 1', caudae 8 $\frac{1}{2}$ '.

Reperi in sylvis Bahiae in terra lente ingredientem; foemina mare crassior.

**Familia IV. Geckones.**

Lucifugi, sub cortice arborum, sub muris et inter ligna viventes, supra muros et lignum in quavis directione repentes; corpore molli; dorso non cristato; digitis frequenter fimbriatis, nec non subtus canaliculatis; tympano exiguo, foveato.

GENUS I. **A N O L I S.**

*Corpore laevi, tenerrime granuloso; digitis inaequalibus, apice subdilatatis; poris femoralibus nullis; gula nonnunquam paleata vel saccata.*

SPECIES 1. **ANOLIS VIOLACEUS.** TAB. XVII. Fig. 2.

Minimus, violaceo-fuscus, geckoides; rostro obtuso, iguanoideo; gula nec paleata nec saccata; cauda non cristata.

**D**ESCRIP TIO. Corpus exiguum, supra violaceo-fuscum, tenerrime granulatum, subtus ochraceum, granulis fere maioribus; caput supra planiusculum, granulatum,



antice tenuius, obtusum, postice tuberosum, medioque tuberculatum; lingua brevis, apice non excisa; oculi subtuberosi, palpebris tecti; tympanum minutum, retroversum; nares anticae, laterales; dentes palatini nulli; cauda brevis, squamosa, subrotunda, non cristata; digiti inaequales; vix longi, apice subtus subdilatasi sive fimbriati; ungues breves, acuti. Longitudo corporis  $3\frac{1}{2}'$ , caudae  $1\frac{3}{4}'$ .

Habitat in confinibus Parae.

## GENUS II. G E C K O.

*Aspectu horridus, lucifugus, secundum opinionem incolarum venenosus; oculis griseis, superciliis non tectis; digitis apice fimbriatis ac transversim sulcatis; corpore planiusculo, molli, supra disperse verrucoso, subtus imbricato-squamoso; capite depresso, nudo, occipite medio non tuberculato; cauda brevi, rotunda; ovis rotundis.*

### SPECIES 1. GECKO ACULEATUS. TAB. XVIII. Fig. 3.

Olivaceo-brunnescens, nigro subfasciatus; corpore, praecipue cauda verrucoso-verticillatis; abdomine large squamoso; poris analibus et femoralibus; digitis omnibus apice fimbriatis subtusque sulcatis; unguibus e medio fimbriae prominulis; lingua apice obtusa, excisa.

**D**ESCRPTIO. Corpus supra olivaceo brunnescens, nec non canescens, nigro submaculatum, longitudinaliter verrucosum, verrucis prominulis, distantibus, subtus ochraceum, large squamosum; caput granulosum, scutello in apice maxillae inferioris minuto; dorsum aculeato-verrucosum, undulatim nigro 4 fasciatum; cauda depressiuscula, verticillatim verrucoso-aculeata, nigro fasciolata; pori femorales et anales 32; digiti omnes fimbriati, subtus sulcati, nigro fulvoque fasciati. Longitudo corporis 5', caudae 3'.

Habitat in domiciliis prope urbem Rio de Janeiro.

### SPECIES 2. GECKO CRUCIGER. TAB. XIII. Fig. 3.

**M**inimus, fulvescens, subtus ochraceus; dorso verrucoso, medio figuris cruciatis, extus bifurcatis ornato, oculis aureis; cauda brevi, rotunda. Longitudo corporis  $1\frac{1}{3}'$ , caudae 6''.

Habitat in provincia Bahiae.





GENUS III. THECADACTYLUS.

*Digitis omnibus, excepto pollice anteriore et posteriore brevioribus, fimbriatis subtusque transversim sulcatis; poris analibus et femoralibus nullis; cauda rotunda.*

SPECIES 1. THECADACTYLUS POLLICARIS. TAB. XVIII. F. 2.

Canescens, nigro-fasciatus; cauda crassa, rotunda, nec aculeata nec verrucosa; dorso molli, subverrucoso; apice rostri large scutellato.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus nudiusculum, supra canescens, nigro undulatim fasciatum, subverrucosum, subtus ochraceum, large squamosum; caput planum, granulosum, nigro-submaculatum; tympanum fere ciliatum; cauda nigro fasciata, ad basin crassiuscula, non verrucosa; pedes nigro fasciolati, large fimbriati; pollex pedum brevis, cylindricus, unguiculatus, non fimbriatus. Longitudo corporis  $5\frac{1}{2}'$ , caudae  $2\frac{3}{4}'$ .

Habitat sub cortice arborum in sylvis interioris Bahiae campestribus.

GENUS IV. GYMNOACTYLUS.

*Geckoides; digitis omnibus liberis, non fimbriatis; poris analibus et femoralibus nullis.*

SPECIES 1. GYMNOACTYLUS GECKOIDES TAB. XVIII. Fig. 1.

Fuscus, nigro non fasciatus; dorso supra longitudinaliter verrucoso-aculeato; cauda non verrucosa; squamis abdominalibus piscinis sive scincoideis; naribus anticis, scutellatis.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus exiguum, supra fusco-nigricans, immaculatum, subtus brunneum; caput breve, tenerrime granulosum; dorsum utrinque seriebus 6 longitudinalibus aculeorum verrucosorum trigonorum munitum; cauda non verrucosa, nigro fulvoque fasciata; abdomen uti in Scinco imbricato-squamosum; digiti omnes breves, liberi, cylindrici, non fimbriati. Longitudo corporis  $3\frac{3}{4}'$ , caudae  $2'$ .

Habitat in confinibus Bahiae.

## B. DICRANOGLOSSES (lingua bifurcata, extensili)

*Lacertae quadrupedes, pentadactylae, agiles, in arena vel terra interiore viventes, insectis victitantes; corpore elongato, distincto; capite acuminato, labiis, abdomine tegumentoque ani scutellatis, in genere Varani Merr. tuberculatis; lingua extensili, apice bifurcata; collo subtus 1-plicato; gula haud strumosa; dorso caudaque frequenter rotunda haud cristatis; digitis elongatis, non fimbriatis; dentibus palatinis rarissimis; poris femoralibus in nonnullis; ano transverso.*

### Familia I. Lacertae.


#### GENUS 1. TUPINAMBIS.

*Corpore supra non uti in Tejo granuloso, sed squamuloso, subtus scutellato; squamulis dorsi vix imbricatis scutellisque abdominis rectangulis, serie anulari positis; gula 1-plicata; cauda verticillata, basi rotunda, non carinata, reliqua compressiuscula; poris femoralibus conspicuis; dentibus maxillaribus conicis, palatinis nullis; tibiis large scutellatis; digitis posterioribus divaricatis, subtus serratis; gula squamulosa.*

#### SPECIES 1. TUPINAMBIS NIGROPUNCTATUS. TAB. XX.

*Maximus, supra nigricans, subtus flavo-ochraceus nigroque punctulatus; dorso medio lituris irregulariter quadrangulis, subcohaerentibus, flavo-fulvis, laterali maculis utrinque separatis, fulvis; pedibus caudaque punctulato-maculatis; cauda nigricante, 9-12 fulvo-fasciata.*


**D**ESCRIP TIO. Corpus maximum, supra nigricans, epidermide sublevata coeruleo-fuscum, in dorso medio lituris subquadrangulis, subcohaerentibus, fulvescentibus, in dorso laterali longitudinaliter maculis separatis fulvis variegatum, subtus flavo-ochraceum nigroque punctatum; scutella capitis supra 19, quorum tria intermedia imparia et quidem anterius subcordatum, pentagonum, secundum maximum rectangulum, posticum subrectangulum, praecedente minus, lateralia inter oculos et nares utrinque 3, labialia superiora utrinque 12, inferiora aequae magna, triseriata; plica colli unica; squamae dorsi minores, subquadrangulae, anulatim seriatae, nigrae, fulvis immixtis; scutella abdominis rectangula, maiora, pyramidaliter versus hypochondria excurrentia; pedes digitique subscutellati, postice tuberculati, flavo-fulvo maculati vel liturati, subtus fulvescentes; cauda verticillata, nigricans, fulvo-punctulata, nec non 9-12 fulvo fasciata, media subcompressa; digiti fulvo-punctulati, subserrati;



TUPINAMBIS nigropunctatus.

Tab. XX.






TUPLANUBIS Monitor. *Juv.*

Tab. XIX.







CROCODYLURUS amazonicus.

Tab. XXI.

pori anales utrinque 5, femorales utrinque 13. Longitudo corporis speciminis depicti, in Para reperti 3°, 6', caudae 2° 3'.

Habitat Tiú nominatus, esca incolarum delicatissima, in fossis arenosis subterraneis provinciarum Brasiliae.

SPECIES 2. TUPINAMBIS MONITOR s. NIGROPUNCTATUS

FOEM. TAB. XIX.

Olivaceo-nigricans, subtus sulphurescens, nigrofasciatus et maculatus; labiis, dorso hypochondriisque flavo-maculatis, maculis separatis, ocellatis; pedibus flavo-punctatis.

**D**ESCRIPITIO. Corpus longitudine praecedentis, supra epidermide adempta quasi totum coerulescens; labia, abdomen, maculae lituraeque dorsi et caudae sulphurescentia, epidermide sublevata vel in speciminibus spiritu vini asservatis albissima; non differt a praecedente nisi abdomine regulariter nigro-fasciato, maculis ocellatis hypochondrialibus magis regularibus, pedibus flavo-punctatis. Specimen hic depictum 1½° longum et a Seba octies figuratum cum alio 3° longo in provincia Rio de Janeiro repertum est, et a Daudinio juvenile, examine tamen a me iterato vel species diversa vel foemina speciei praecedentis aestimatur.

GENUS II. CROCODILURUS.

*Tupinambi simillimus, cauda vero tota rectangula, compressa, supra ad basin planiuscula, carinata, utrinque denticulata; dorso tuberculoso-squamoso; abdomine scutellato; poris femoralibus conspicuis; dentibus palatinis nullis; collo subtus buplicato.*

SPECIES 1. CROCODILURUS AMAZONICUS. TAB. XXI.

Fusco-brunneus; dorso non carinato; cauda utrinque 4-carinata; squamis cervicis orbicularibus, dorso medio, praecipue ad latera carinatis; plica colli unica, scutellata.

**D**ESCRIPITIO. Corpus supra brunneo-fuscum, obscure nigro-ocellatum, subasperum, subtus sulphureum; caput olivaceo-fuscum, supra convexo-planum, rectan-

gulum, 22-scutellatum, scutello occipitali intermedio longo, pone attenuato, reliquis pentagonis, marginalibus labii superioris utrinque 9, inferioris 11, gulac subquadratis, majusculis; tympanum largum, rotundum, fuscum, planum; squamae cervicis subtuberculatae, rotundiores, dorsi longiusculae, laterales latiusculae, medio subcarinatae, serie anulari, haud raro in medio duplicata et versus hypochondria pyramidaliter intrusa positae; squamae abdominis scutelliformes, planae, imbricatae, rectangulae, apice crenulatae, supra anum maiores, intermediaeque linearis; plica colli medii inferior squamis abdominalibus, antice et postice tuberculis obsita; cauda supra rufo-brunnea, lateraliter nigro fulvoque maculata, supra ad basin plana, utrinque 4-carinata, reliqua compressa, supra lateraliter denticulata; pedes antrorsum squamosi, postice tuberculati; digiti posteriores inaequales, longiores, intermedii subtus ad latus externum denticulati; pori femorales utrinque 12. Longitudo corporis 1° 11', caudae 1° 1'.


Habitat ad ripam Solimoëns prope pagum St. Pauli.

SPECIES 2. CROCODILURUS OCELLATUS. TAB. XXII. Fig. 1.


Minor, brunnescens, lateraliter nigricans, albo-ocellatus; dorso planiusculo; cauda ad basin supra 4-carinata, reliqua compressiuscula, supra lateraliter usque ad apicem serrata; pedibus fulvo nigroque fasciatis.

**D**ESCRIPTIO. Corpus attenuatum, supra olivaceo-fuscum, scutello occipitis intermedio trigono, subtus ochraceo-albescens, nigro punctulatum, squamosum; gula biplicata; dorsum granuloso-squamulosum, glabrum, immaculatum, ad latera nigricans et longitudinaliter serie trina albo-ocellatum; cauda compressa, fulvescens, subtus nigra, supra medio carinata, lateraliter utrinque serrata; pedes fulvo nigroque maculati vel fasciati; pori femorales utrinque 8. Longitudo corporis  $8\frac{1}{3}'$ , caudae  $6\frac{1}{2}'$ .


Habitat ad flumen Solimoëns prope pagum Ecgá.



1  
CROCODYLURUS ocellatus.



2  
KENTROPYX calcaratus.



TELIUS Ameiva.  
*Lizard • Ameiva de Bahia.*

Tab. XXIII.



GENUS III. KENTROPYX.

*Corpore subaspero; aculeo utrinque ad anum oblongo; poris femoralibus conspicuis; dentibus palatinis nullis; gula 1-plicata; cauda verticillata longa, rotunda.*

SPECIES 1. KENTROPYX CALCARATUS. TAB. XXII. Fig. 2.

Coerulescenti-virescens; dorso gulaque granulosis; abdomine, pedibus caudaque squamosis, squamis longitudinaliter medio carinatis; dorso laterali nigro-ocellato.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus coeruleo-virescens, supra granuloso-squamosum, subtus ochraceum, imbricatum, asperum; Caput acutum, olivaceo-brunneum, supra rugoso-lineatum, 19 - scutellatum, scutello occipitis intermedio pone tenuiore; lingua apice bifurcata; tympanum brunneum; gula granulosa; plica colli inferior squamosa; dorsum coeruleo-virescens, granulose, glabrum, lateraliter nigro-ocellatum; abdomen ochraceum; pedes squamosi, longitudinaliter carinati vel rugoso-lineati; cauda verticillata, longa, coeruleo-virescens, aspera, longitudinaliter rugoso-lineata, ad basin crassiuscula, reliqua tenuis; digiti posteriores inaequales, asperi, lateraliter serrati; aculeus utrinque ad latera ani corneus, longitudinalis; longitudo corporis 1°, caudae  $8\frac{3}{4}$ '.

Habitat ad flumen Jtapicurú in provincia Maranhão.

GENUS IV. TEJUS.

*Lacertinus, Tupinambi simillimus; corpore supra tenerrime granuloso, subtus scutellato; cauda verticillata, rotunda; gula granulosa; plica colli unica; dentibus palatinis nullis; poris femoralibus conspicuis; tibiis subtus late scutellatis; digitis posterioribus longis, divaricatis, subtus serratis, intermedio longiore.*

SPECIES 1. TEJUS AMEIVA. TAB. XIII.

Major, coerulescenti-viridis; collo nigro-liturato; lateribus dorsi serie longitudinali ac trina fulvo-coeruleo-ocellatis et strigilatis, strigis nigro-limbatis.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus grande, supra viride vel coeruleo-viride, subtus late scutellatum, imbricatum, coeruleo-fulvum, epidermide sublevata totum coerulescens;



caput coeruleo-olivaceum, nigro-punctulatum, supra planum, 25 - scutellatum, scutello occipitis intermedio lineari; tympanum superficiale; gula subgranulosa; plica gularis squamulosa; collum nec non pedes anteriores nigro liturati; dorsum medium immaculatum, olivaceo-viride; hypochondria viridia, transversim coeruleo-fulvo ocellata vel strigilata, strigis separatis, nigro-limbatis; cauda rotunda, verticillata, coeruleovirescens, nigro punctulata, squamis non carinatis; digiti anteriores breves, fere aequales, posteriores inaequales, longi, divaricati, subtus serrati; femora, praecipue tibia late scutellata, virescentia; pori femorales utrinque 16; anus supra scutellatus. Longitudo corporis  $1^{\circ} 7'$ , caudae  $1^{\circ} \frac{1}{2}'$ .

Habitat inter arbusta sub terra arenosa Bahiae et Rio de Janeiro.

SPECIES 2. **TEJUS LATERISTRIGA.** TAB. XXIV. Fig. 1.

Minor, olivaceo-viridis; dorso laterali albo-ocellato vel punctato taeniaque ab oculo usque ad femur nigra.

**D**ESCRIPTIO. Corpus praecedente duplo minus, supra olivaceo-, nec non coeruleo-virescens, nigro ocellatum vel punctatum, subtus fulvescens; caput gulaque nigropunctulata; strigae 3 nigrae inter oculum et tympanum, scutellis albis immixtis; linea nigra a tympano ad humerum. Longitudo corporis  $1^{\circ} 1\frac{1}{2}'$ , caudae  $8\frac{1}{2}'$ .



Differt a praecedente taenia ab oculo ad femur nigra, cervice non, dorso nigropunctulato caudaque non tam longa.

SPECIES 3. **TEJUS TRITAENIATUS.** TAB. XXIV. Fig. 2.

Mediocris, virescens; taenia nigra ab oculo ad femur, larga, aliaque superiore et inferiore supra tympanum ad femur alba, tenuiore; ano supra non scutellato sed squamoso, squamis 4, ab illis Ameivae diversis.


**D**ESCRIPTIO. Corpus Ameivae simillimum sed duplo minus, virescens, subtus fulvescens, epidermide sublevata coerulescens; scutellum frontis impar intermedium cordatum, latum, ab illo Ameivae diversum; hypochondria obscure nigro alboque variegata; taeniae utrinque 3 ab oculo versus femur, superior nigra, lata, raro ocellis albis versus femur intermixtis, superior et inferior tenues, albae; dorsum nigropunctatum.

Habitat in provincia Bahiae.



1.  
*TEJUS Lateristriga.*



2.  
*TEJUS trifaeniatus.*



TEJUS ocellifer.

Tab. XXV.





1  
SCINCUS bistriatus .

2  
SCINCUS nigropunctatus .

Tab XXVI .

SPECIES 4. **TEJUS OCELLIFER.** TAB. XXV.

Minor, brunneo-olivaceus; hypochondriis serie bina ocellatis; taenia utrinque tenui alba a dorso laterali usque ad dimidiam caudam; scutello occipitali intermedio rectangulo, supra anum unico.

**D**ESCRIP TIO. Corpus gracile, coeruleo-olivaceo brunnescens, subtus coeruleo-fulvescens, epidermide sublevata coeruleum; dorsum supra utrinque nigro punctulatum, lateraliter coeruleo-albo ocellatum, ocellis regulariter geminis; linea albicans ad latera dorsi usque ad caudam; cauda longa, subtus fulva, supra coeruleo-brunnea, lateraliter albo nigroque lineata; digiti fulvi, posteriores longi, inaequales, scutella supra anum 5, quorum intermedium unicum. Longitudo corporis  $8\frac{1}{2}'$ , caudae 6'.

Habitat in Bahia sub arbustis.

## Familia II. Sepes vel Lacertae anguiformes.

Obtusirostres, in locis petrosis, arenosis, vel in pratis ripariis viventes, agiles, gressoriae aut repentes; corpore fere aequali, frequenter aeneo, relucente, supra et subtus squamoso-imbricato, squamis piscinis; pedibus brevibus, inter se distantibus, tetra-vel dipodibus, 5-4-1 dactylis; lingua extensili, apice obtuse bifurcata.

GENUS I. **S C I N C U S.**

*Quadrupes, 5-dactylus, agilis, in locis petrosis vivens; corpore fere aequali, supra et subtus piscium instar squamato; cauda breviuscula; collari dentibusque palatinis nullis; poris femoralibus frequenter nullis.*

SPECIES 1. **SCINCUS BISTRIATUS.** TAB. XXVI. Fig. 1.

Mediocris, brunneo-aeneus; taenia dorsi lateralis a naribus ad femur nigra, larga, supra et infra linea alba cincta.

**D**ESCRIP TIO. Corpus crassum, cylindricum, glabrum, viridi-aeneo nitens, supra dorsum nigro punctatum, supra et subtus aequae large squamosum, imbricatum, subtus coerulescenti-albo fulvescens, immaculatum; caput brunneo-aeneum, infra oculos et versus tympanum albescens; dorsum pedesque nigropunctati; taenia utrinque

ab oculo versus femur nigra, larga, utrinque linea alba cincta; cauda rotunda, ad basin crassa, supra fusca, subtus canescens. Longitudo corporis  $9\frac{1}{3}'$ , caudae  $6'$ .

Habitat Parae in locis petrosis.

SPECIES 2. SCINCUS NIGROPUNCTATUS. TAB. XXVI. F. 2.

Exiguus, fusco-brunneus, aeneo-relucens; taenia nigra ab oculo ad femur vix conspicua; taeniis albis ab oculis ad femora nullis; dorso frequenter nigro-punctulato; cauda brevi.

DESCRIPTION. Corpus praecedente minus, lineis modo lateralibus dorsi diversum. Longitudo corporis  $4\frac{3}{4}'$ , caudae  $2\frac{1}{4}'$ .

Habitat ad pagum Ecgá.

GENUS II. LEPOSOMA.

*Scincoides; corpore quadrupede, 5-dactylo, unguiculato, depresso, verticillato; squamis dorsi, nec non capitis subasperis, acutis, medio carinatis; tympano conspicuo; poris femoralibus nullis.*

SPECIES 1. LEPOSOMA SCINCOIDES. TAB. XXVII. Fig. 2.

Exiguum, brunneo-fuscum, imbricato-squamosum; squamis aculeatis; cauda brevi.

DESCRIPTION. Corpus parvum, subasperum, supra planiusculum, brunneo-fuscum, subtus ochraceum; caput breve, planiusculum, subscutellatum, scutellis medio subcarinatis; oculi palpebroși; tympanum rotundum, pone granulosum; squamae trunci abdominisque aequales, imbricatae, acuminatae, medio carinatae; pedes breves; digiti unguiculati, posteriores subinaequales; cauda rotunda, brevis. Longitudo corporis  $5\frac{1}{2}'$ , caudae  $2\frac{1}{4}'$ .

Habitat ad ripam fluminis Amazonum.





1  
HEPHERODACTYLUS imbricatus .

2  
LEPOSOMA scincoides .

Tab. XXVII .



IPYGOPUS / striatus. 2 Caryococca.

Tab. XXVIII.

GENUS III. HETERODACTYLUS.

*Anguiformis; pedibus anterioribus 4-dactylis, posterioribus 5-dactylis.*

SPECIES 1. HETERODACTYLUS IMBRICATUS. TAB. XXVII. F. 1.

Tenuis, longicaudatus, olivaceo-fuscus; corpore toto verticillato, ad latera dorsi caudaeque fulvo-lineato; squamis dorsi longiusculis, imbricatis; tympano nullo.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus gracile, anguiforme, aequale, verticillatum, supra olivaceo-fuscum, ad latera dorsi caudaeque longitudinaliter fulvo nigroque lineatum, subtus fulvescens, nigro-punctulatum; caput breve, obtusum, nigricans, 16-scutellatum, scutello occipitis medio minimo, impari, gularibus latissimis; tympanum extus non conspicuum; oculi oblongi, anguiformes, palpebrosi; squamae dorsi ellipticae, medio carinatae, apice acutae, imbricatae, verticillatim positae, abdominis quadratae; pori femorales utrinque 12; cauda longa, rotunda, plumbea, subtus fulvescens; pedes breves, subdistantes, unguiculati, anteriores 4-dactyli, digito quinto mutico, ne vix quidem conspicuo, posteriores 5-dactyli, breviusculi, inaequales. Longitudo corporis  $7\frac{1}{3}'$ , caudae  $5\frac{1}{3}'$ .

Habitat in capitania interiore Rio de Janeiro.

GENUS IV. PYGOPUS.

*Anguinus; pedibus anterioribus nullis, posterioribus monodactylis, non unguiculatis; squamis corporis imbricatis, piscinis; lingua extensili, bifurcata; poris femoralibus nullis.*

SPECIES 1. PYGOPUS STRIATUS. TAB. XXVIII. Fig. 1.

Longus, aeneo-brunnescens, subtus albescens; taeniis dorsi utrinque 3, longitudinalibus, nigris; ano subtus in medio fere corpore.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus anguinum, subaequale, epidermide adempta coerulescens, alias supra brunneum, aeneo-rufo, subtus immaculatum, coerulescenti-album; taeniae ad latera corporis 2, longitudinales, fusco-brunneae, aliae 2 coeruleo-albae aliaeque 3 nigrae lineares, longitudinales; caput compressum, anguinum, supra fusco-brunneum, scutellatum, lateraliter nigro coeruleoque albo transverse strigila-

tum; rostrum tenuiusculum; maxilla inferior squamosa, fulvo-albescens; lingua bifurcata, furca 2" longa; oculi oblongi, palpebris tecti; tympanum extus non conspicuum; dentes acuti; collum non distinctum; squamae dorsi abdominisque piscinae, subrotundae, imbricatae; anus in medio fere corpore, transversus, squamis tectus; pedes posteriores 1 - dactyli, ano lateraliter adpressi, pallide coerulescentes, apice acuti, non unguiculati, 3" longi; cauda versus apicem tenuior, fulvescens, apice acuminata. Longitudo corporis 1° 7' caudae ab ano ad apicem 11 $\frac{1}{3}$ '.

Habitat agilis in locis arenosis ad ripam maris, nec non fluminum Rio de Janeiro.

SPECIES 2. **PYGOPUS CARIOCOCCA.** TAB. XXVIII. Fig. 2.

Minor, brunneo-olivaceus, striis longitudinalibus utrinque 2 nigris, obscuris.

**D**ESCRIPITIO. Corpus vermiforme, exiguum, imbricato-squamosum, epidermide adempta vix coerulescens, alias supra brunneo-olivaceum, subtus brunneo-fulvescens; squamae trunci abdominisque imbricatae, piscinae, apice rotundatae; caput breve, supra scutellatum, margine maxillae superioris nigro coeruleoque striato; oculi longitudinales, palpebrosi; tympanum nullum; pedes 1 - dactyli, lateraliter ano adpressi, brunnei, plani, apice acuti, 2" longi; anus in medio corpore transversus, squamis tectus; cauda rotunda, tota brunneo-olivacea. Longitudo corporis 6 $\frac{1}{4}$ ', caudae 3 $\frac{3}{4}$ '.

Habitat, prope urbem Rio de Janeiro in monte Corcovado ad fontem Carriococca ab incolis dictum.

---

# SERPENTUM BRASILIENSIMUM

SPECIES NOVAE

OU

# HISTOIRE NATURELLE

DES

ESPÈCES NOUVELLES DE SERPENS,

RECUEILLIES ET OBSERVÉES PENDANT LE VOYAGE DANS L'INTÉRIEUR DU BRÉSIL  
DANS LES ANNÉES 1817, 1818, 1819, 1820,

EXÉCUTÉ PAR ORDRE

DE SA MAJESTÉ LE ROI DE BAVIÈRE,

PUBLIÉE PAR

*J E A N D E S P I X,*

*Chevalier de l'ordre civil de la Couronne de Bavière, Membre de l'Académie Royale de  
Munich, Conservateur du Musée zoologique, zootomique et ethnographique,  
Membre de l'Académie des Curieux de la Nature etc.*

ÉCRITE D'APRÈS LES NOTES DU VOYAGEUR

PAR


*J E A N W A G L E R,*

*Adjoint de l'Académie Royale des sciences de Munich.*

---

M O N A C H I I  
TYPIS FRANC. SERAPH. HÜBSCHMANNI.

1 8 2 4.



ELAPHS Schrankii  
*La Couleuvre de Schranki*

Tab. I.

*Philp. Schmid omnes ad naturam del.*

# A M P H I B I A.

Ordo II. Pedes nulli.

## S E R P E N T E S.

TRIBUS A.

Serpentes innocui: Tela nulla; dentes maxillares et palatini.

### Familia II. Ophidii.

a. Colubrini. Caput supra scutis octo vel novem, occipitalibus magnis, superciliaribus plerumque convexis; oris rictus, excepto genere *Elapis*, amplus, ab angulo declivis; cauda subtus scutis aut omnibus aut plurimis divisis, apice conica, recta; lingua valde extensilis, bifurca.

#### GENUS V. E L A P S.

*Scuta caudae subtus omnia divisa; caput indistinctum aut subdistinctum; oris rictus parvus, subrectus; truncus plerumque laevissimus; cauda in plurimis teres; oculi rotundi, parvi.*

#### SPECIES 1. ELAPS SCHRANKII. TAB. I.

*E. albidus; annulis seu potius fasciis latis nigris, supra in medio sordide fusciscentibus; annulis caudae anticis geminis, posticis simplicibus.*

**D**ESCRIPITIO. Caput indistinctum, mediocre, obtusum, depressum, ad latera subtorosum, angulis ante oculos subrotundatis; scutum rostrale magnum, latum, quinquangulum; scuta nasalia intermedia subquinguangula, frontalia magna, subquadrangula, angulo laterali exteriore subrotundato; scutum verticale mediocre, quinquangulum; scuta superciliaria subsexangula, latiuscula; scuta occipitalia magna, subcordata, angulis obsoletis, squama utrinque ad latera maiuscula subquinguangula, aliae minores angulatae pone scuta; scuta nasalia lateralia magna, quadrangula; scuta lorea quinquangula; scutorum oculariorum anteriorum inferius superiore quadrangulo majus, quinquangulum; scuta ocularia posteriora et inferiora parva plerumque subquadrangula; scuta marginalia labii superioris octo quadrangula, exceptis duobus ultimis quinquangulis, labii inferioris novem omnia quadrangula et aequalia; nares maiusculae, cordatae; oculi parvi, rotundi; dentes aequales, mediocres, tenues, acuti; maxilla superior inferiore longior; oris rictus mediocris, subrectus; truncus sub-



aequalis, teres; cauda continua, subtenuis, infra ad latera subangulata, longa; squamae trunci omnes laevissimae, latae, imbricatae, occipitis et trunci antici quinqueangulae, trunci postici et caudae quadrangulae, ad abdominis latera subsexangulae; caput anterius supra olivaceo-fuscescens, ad latera et subtus albidum; occiput ejusque latera nigra, postice annulo albido notata; truncus et cauda albida; a nucha usque ad caudae originem fasciae annulares nigrae, in medio sordide fuscescentes, in abdomine disjunctae; cauda apice nigra, obtusiuscule acuta, annulis nigris anticis geminis, subsequentibus simplicibus; scutum ano impositum integrum. Scuta abdominalia...? caudalia 85. Longitudo \*) corporis a rostri apice usque ad anum  $2' 10\frac{3}{4}''$ , caudae  $1' \frac{1}{4}''$ , capitis  $1'' 5'''$ ; ambitus capitis in medio  $2''$ , occipitis  $2\frac{1}{2}''$ , in medio trunci  $3\frac{3}{4}''$ , pone anum  $2''$ , in medio caudae  $1\frac{1}{2}''$ ; latitudo capitis supra oculos  $5\frac{1}{2}'''$ , occipitis  $9'''$ .

Habitat ad flumen Japura fluvio Amazonum laterale.


#### LA COULEUVRE DE SCHRANK.

*Les Elaps font aussi partie d'un genre de serpents confondu avec les autres par les Naturalistes. Les anciens et les modernes ont toujours cru que les espèces du genre, dont il est question, soient vénimeuses; entre autres Mr. Daudin d'après cette même opinion a cru devoir placer plusieurs de ces espèces de serpents parmi les vipères, et Messieurs Cuvier et Merrem aussi parmi les serpents vénimeux. Cependant j'avois occasion d'examiner un grand nombre d'individus d'espèces différentes et je trouvois qu' ils n' ont pas de crochets vénimeux. — Les Naturalistes qui se sont occupés de classer les serpents dans des genres particuliers, ont été très embarrassés et indécis sur la place qu' ils devoient donner au genre dont je traite ici, et que je crois devoir placer presque de suite après les orvets avec lesquels ils ont un peu de ressemblance. Ce genre se distingue principalement par un corps lis et rond, en ce que la séparation de la tête d'avec le tronc n'est pas distincte, en ce que les yeux sont ronds et petits, et enfin que les plaques qui se trouvent sous la queue, sont, comme chez les vraies couleuvres, divisées par le milieu. Leur caractère est très doux et on les trouve dans les lieux très touffus de feuillages. Elles sont presque toujours ornées de couleurs très vives et très brillantes. Parmi les espèces connues de ce genre, la Couleuvre de Schrank est sans doute la plus grande, et je vais en faire ici la description. On rencontre cette couleuvre, quoique assez rarement;*

---

\*) Mensurae parisiensis.





1.  
ELAPS Langsdorffi.

*La Couleuvre de Langsdorff.*

2.  
ELAPS Martii.

*La Couleuvre de Martius.*

Tab. II.

dans les environs de la rivière de Japura, bras latéral du fleuve des Amazones. Sa tête est de médiocre grandeur, obtuse, déprimée et un peu renflée vers les côtés. Les yeux, ainsi que nous avons déjà dit, sont ronds et petits. La mâchoire supérieure est plus longue que l'inférieure, et toutes deux sont armées de dents très petites mais très aiguës. Toutes ses écailles sont très lisses, imbriquées, celles de l'occiput et du tronc antérieur pentagones, et celles des flancs du tronc presque hexagones. La tête est brunâtre en dessus, blanchâtre en dessous et sur les côtés. L'occiput est noir, et le tronc en général blanchâtre, mais orné en même tems de bandelettes transversales noires, qui sont vers leur milieu d'un brun sale; d'ailleurs la partie inférieure du corps est blanchâtre, et transversalement tachetée de noir. La queue est longue et entourée d'anneaux noirs doubles en devant, et simples en derrière. Les habitans du Brésil nomment cette espèce *Papa-rato*.

SPECIES 2. ELAPS MARTII. TAB. II. FIG. 1.

E. supra pallide violaceo-rubicundus; fasciis annularibus nigris, margaritis albis quasi marginatis, infra disjunctis.

**D**ESCRIP. Caput parvum, indistinctum, subdepressum, antice rotundatum, nares versus vix declive; oculi minuti; nares rotundae; oris rictus parvus, rectus; maxilla superior protuberans; scutum rostrale latissimum, quinquangulum, infra emarginatum; scuta nasalia intermedia subquinguangula, parva; scuta frontalia quinquangula, magna; scuta nasalia lateralia quinquangula, scuto medio interposito lato, quadrangulo; scutum verticale mediocre, subsexangulum, ad latera posteriora angulis obsoletis, subrotundatis; scuta superciliaria longa, tenuia, subcordata, subquadrangula, antice angulo acuto; scuta occipitalia magna, suboctangula, squama maiuscula subovato-rotundata ad latus posticum; scuta lorea nulla; scuta ocularia anteriora mediocria, quadrangula; scuta marginalia labii superioris anteriora quinque quadrangula, posteriora duo quinquangula, quorum ultimum subcordato-rotundatum, angulis obsoletis; scutum labiale medium parvum, vix triangulum, postice subrotundatum; scuta labialia accessoria quinquangula; scuta mentalia anteriora subquadrangula, antice angulis obsoletis; scuta mentalia posteriora quadrangula, postice divergentia; squamae gulares subimbricatae, laeves, ovato-rotundatae; scuta duo abdominalia prima postice subrotundata, parva; scuta marginalia labii inferioris quadrangula; squamae trunci antici quadrangulae, subimbricatae, mediocres, trunci postici vix subsexangulae, maiores, latiores, caudae supra sexangulae, om-

nes laeves; scuta abdominalia tenuissima; truncus aequalis; cauda continua, apice acuta; corpus supra pallide violaceo-rubicundum fasciis annularibus nigris, infra disjunctis, margaritis quasi albis bellissime marginatis; frons flavicanti-alba; caput supra pallide violaceo-nigricans, ad latera macula alba notatum; mentum et gula alba, in medio linea transversa nigra; abdomen inter fascias duas albidum; scutum ano impositum parvum, in medio fissum; dentes mediocres, maxillae superioris maiusculi. Scuta abdominalia 179, caudalia 74 seu 76. Longitudo trunci 1' 6 $\frac{1}{4}$ "", capitis 4 $\frac{1}{2}$ "", caudae 4" 11""; ambitus occipitis 1"  $\frac{1}{2}$ "", in medio trunci 1" 3"", pone anum 9"", in medio caudae 6"", capitis 1"; latitudo capitis supra oculos 2 $\frac{1}{2}$ "", occipitis 4 $\frac{1}{4}$ "".

Habitat rarus in provincia Maranhão ad flumen Itapicurú.


#### LA COULEUVRE DE MARTIUS.

*Il a été déjà observé que la plupart des Elaps sont ornés de bandes, enrichies de couleurs extrêmement variées. La Couleuvre de Martius entre autres est une des plus jolies qu'on connoisse et très remarquable à cause des anneaux noirs et transversaux, bordés de taches blanchâtres qui ressemblent à de petites perles, et par cela même il est impossible de la confondre avec les autres espèces de serpents. L'entre-deux de ces bandes est d'une couleur rougeâtre mêlée de violet. La forme du corps est à peu près la même que celle de presque tous les autres serpents de ce genre, c'est à dire, la tête n'est pas décidément distinguée du tronc, les yeux sont très petits et ronds, et la bouche est armée de dents toutes égales et petites. Toute la partie inférieure du corps et de la queue, qui est longue et très pointue, est blanchâtre et a des taches noires transversales, qui sont presque toujours comme séparées et coupées par le milieu. La tête est d'un violet brunâtre en dessus et sans taches, si ce n'est une ligne transversale blanchâtre qui est placée sur le front. Les côtés de la tête au contraire ont une petite tache blanchâtre. Ses écailles sont presque carrées. L'individu que je viens de décrire, le même que j'ai examiné, a été trouvé dans les environs de la rivière Itapicurú, dans la province de Maranhão. Je ne crois pas qu'il puisse parvenir à une taille considérable, ainsi que presque toutes les autres espèces de ce genre; mais du reste je le crois rare. C'est naturel que la couleur des parties qui separent les bandes ou anneaux ornant le tronc de l'animal, est beaucoup plus brillante et fraîche, quand l'animal est vivant, que quand il est conservé dans l'esprit de vin, attendu que dans ce dernier cas les couleurs, principalement les rouges, pâlissent et s'attenuent en peu de mois.*





ELAPS venustissimus.  
*La Couleur corail à doubles anneaux.*



ELAPS triangularis.  
*La Couleur triangulaire.*



SPECIES 3. ELAPS TRIANGULARIS. TAB. II<sup>a</sup> FIG. 1.

E. pallide cyaneo-niger; trunco caudaque subtriquetris; annulis dilutioribus, in dorso pallide cyaneis, ad latera roseis, in abdomine albis.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Caput mediocre, vix distinctum, subdepressum, nares versus subdeclive et rotundatum, apice obtuso-acutiusculum; oculi parvi, rotundi, iride aurea; nares minutae, longiusculo-punctiformes; oris rictus parvus, rectus; maxilla superior inferiore longior, ad latera postica protuberans; scutum rostrale latissimum, quinquangulum, infra biemarginatum; scutum nasale intermedium unicum subquadrangulum, angulo postico subrotundato; scuta frontalia magna, irregulariter quinquangula; scuta nasalia lateralia subparva, triangula, scuto loreo postice adjuncto maiusculo, subquinquangulo; scutum verticale latiusculum, quinquangulum; scuta superciliaria brevia, quadrangula; scuta occipitalia magna, subsexangula, lateribus subemarginatis; scuta temporalia utrinque duo, maiuscula, superius subquinquangulum, inferius minus et quadrangulum; squamae pone scuta occipitalia quadrangula; scuta ocularia anteriora magna, subquadrangula, utrinque unum; scuta ocularia posteriora utrinque duo, parva, superius minus, quadrangulum, inferius longiusculo-quadrangulum, latere exteriori arcuato; pone illa scutum parvum, longiusculum, quadrangulum; scuta marginalia labii superioris octo, quorum antica quinque posticis quinquangulis minora et quadrangula; scutum labiale medium parvum, triangulum; scuta accessoria nulla; scuta mentalia anteriora subquadrangula, posteriora subtriangula, angulo postico attenuato; squamae gulares subquinquangulae, subimbricatae; scuta marginalia labii inferioris octo omnia quadrangula; squamae trunci anterioris superioris subquadrangulae, postici quadrangulae, apice obtusiusculo, caudae quinquangulae; squamae trunci ad latera maiores, quadrangulae, apice rotundatae, caudae quinquangulae, omnes laeves; truncus subaequalis, cum cauda apice acuta continua, supra carinatus et inde subtriangularis; caput supra fuscescens, immaculatum, subtus et ad latera albido-nubilatum; corpus et cauda pallide cyaneo-nigra annulis dilutioribus, supra pallide cyaneis, ad latera roseis, subtus albis cincta; annuli caudae subtus alternantes; scutum ano impositum parvum, medio fissum; dentes parvi, aequales. Scuta abdominalia 160, caudalia 62. Longitudo corporis 1'  $7\frac{1}{4}$ ", capitis  $8\frac{1}{2}$ ", caudae fere 5"; ambitus occipitis 1" 1", in medio trunci  $1\frac{1}{2}$ ", pone anum 1", in medio caudae 6", capitis fere 1"; latitudo capitis supra oculos 3", occipitis 5".

Habitat prope Ega ad lacum Teffé cum flumine Solimöens confluentem.

LA COULEUVRE TRIANGULAIRE.

*L'espèce que nous appellons Couleuvre triangulaire d'après la forme de son corps, paraît au premier coup d'oeil être une vraie couleuvre, car les Elaps ont en général le corps très rond. Ce serpent habite les environs du pays d'Ega près du lac Teffé, s'embouchant dans le fleuve Solimöens. Son corps a une forme presque triangulaire, en ce que son dos est élevé et ses flancs sont comprimés. Il est de couleur violet foncé, et entouré d'espèces d'anneaux, qui sur le dos sont d'un violet pâle, sur les flancs du tronc de couleur de rose, et blanches sous le ventre. On peut à peine distinguer la tête du tronc. Le museau est presque pointu, les yeux, dont l'iris est dorée, sont ronds et petits, les narines très petites, verticales et ont pour ainsi dire, la forme d'un point. Toutes les écailles qui couvrent le corps, sont lisses et la plupart carrées. La tête est en dessus d'un violet brunâtre et sans taches, en dessous et vers la mâchoire inférieure blanchâtre, et garnie de quelques taches foncées. La circonférence du corps est presque la même depuis la tête jusqu'à l'origine de la queue. La queue est un peu longue, comprimée, très aiguë au bout, et les anneaux qui l'ornent, sont ouverts en dessous, mais du reste de la même distribution de couleurs que ceux du corps. Les dents sont nombreuses, petites, et toutes égales en grosseur. Ce serpent est sans doute très rare, car je n'en ai vu qu'un seul exemplaire dans la riche collection Brésilienne du Musée royal de Munic. Il se nourrit, comme la plupart des Elaps, de vers, de sauterelles et d'autres insectes.*

SPECIES 4. ELAPS VENUSTISSIMUS. TAB. II<sup>a</sup>. FIG. 2.

*E. cinnabarinus; annulis nigris in medio et ad marginem albido-viridibus; squamis apice nigris; capite nigro fascia supra alba, nigro bipunctata.*

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Caput breve, latiusculum sed vix distinctum, nares versus subdeclive, apice obtusiusculum; oculi mediocres, rotundi; nares parvae; oris rictus subamplus, subrectus; maxilla inferior fere superioris longitudine, postice ad latera subprotuberans; scutum rostrale latiusculum, supra subrotundatum, infra submarginatum; scuta nasalia intermedia subparva, angulo antico subrotundato; scuta frontalia magna, subquadrangula, angulis subobsoletis; scuta nasalia lateralia subquadrangula;

scuta lorea et scuta ocularia anteriora subquingula; scutum verticale maiusculum, quinquangulum; scuta superciliaria magna, antice tenuia, postice dilatata et angulis subrotundis; scuta occipitalia magna, quinquangula, antice submarginata; scuta temporalia maiuscula, angulis subobsoletis; squamae in occipite quadrangulae, imbricatae; scuta marginalia labii superioris plerumque mediocria et quadrangula; scutum labiale medium mediocre, subtriangulum; scuta accessoria subparva, subquadrangula; scuta mentalia anteriora et posteriora aequalia, mediocria, latiuscula, subquadrangula; squamae omnes laeves, rhomboideae, ad latera trunci maiores; truncus subaequalis, teres; cauda continua ultra  $\frac{1}{7}$  longitudinis totius animalis, apice acutiuscula; caput supra nigrum fascia alba in scutis occipitalibus subtenui, recta, in utroque scuto puncto nigro notata; rostri et maxillae inferioris latera postica albida, nigro variegata; caput subtus antice albidum, postice nigrum; truncus et cauda relucenti-cinnabariná, annulis circiter quatuordecim admodum distantibus nigris cincta, in medio et utroque margine albido-viridibus; squamae omnes apice nigrae; dentes mediocres, aequales, acuti. Scuta abdominalia 200, caudalia 51. Longitudo corporis cum cauda 1' 11", capitis fere 3"; latitudo capitis supra oculos  $2\frac{1}{4}$ ".

Habitat in sylvis prope urbem Rio de Janeiro.

#### LA COULEUVRE-CORAIL À DOUBLES ANNEAUX.

*Le Prince de Neuvied est le premier qui ait fait mention de ce reptile aussi beau que doux et innocent, dans le second tome de son voyage au Brésil\*), et qui l'a fait figurer dans le premier cahier de son recueil d'animaux du Brésil\*\*). Le corps de ce magnifique animal est d'une couleur de cinnabre très éclatante, orné d'anneaux doubles de couleur noire, séparés et bordés par d'autres anneaux d'un blanc verdâtre. La tête est courte, un peu large, noire en dessus et embellie par une bande blanche et transversale. Il y a sur chaque plaque occipitale une tache noire et ronde. Les côtés des mâchoires ont des taches blanches. Les écailles rhomboidales ont au bout des pointes noires, et sont plus grandes sur les côtés que sur le reste du corps. La queue est pointuë, et forme en s'amincissant le septième de la longueur totale de l'animal. Il est à regretter que l'on ne puisse conserver les belles couleurs de ce reptil, car après quelques mois de conservation dans l'esprit de vin, les bandes ou anneaux rouges deviennent jaunâtres et pâlissent entièrement. Les*

\*) Reise nach Brasilien B. II. S. 75.

\*\*\*) Abbildungen zur Naturgeschichte Brasiliens. Lief. I.

habitans du Brésil nomment ce serpent, ainsi que tous ceux qui ont des anneaux rouges ou noirs, *Cobra Coral* ou *Cobra coraes*, c'est à dire, Couleuvre-coraïl. Cette espèce-ci, qui est une des plus belles, se trouve dans les forêts qui avoisinent la ville de Rio de Janeiro. Je dois aussi ajouter, qu'ayant fait la présente description d'après un individu sec, qui fait partie de la collection du Musée Brésilien, je ne puis répondre de son exactitude par rapport aux plaques de la tête.

SPECIES 5. **ELAPS MELANOCEPHALUS.** TAB. II<sup>b</sup> FIG. 1.

E. capite supra et nucha nigris; occipite albo - bipunctato; corpore supra brunneo; linea longitudinali in dorso a nucha usque ad caudae apicem obscuriore, recta, tenui; corpore et cauda subius albicanti-flavis, immaculatis.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Caput parvum, pone oculos latiusculum, in occipite vero a trunco vix distinctum, subdepressum, antice obtusum, nares versus vix declive; oculi minuti, rotundi; oris rictus parvus, rectus; maxilla superior pone oculos subtorosa, inferiore vix longior; scutum rostrale mediocre, septangulum infra large emarginatum; scuta nasalia intermedia latiuscula, subquinguangula; scuta frontalia maiuscula, quinguangula, postice subrotundata; scuta nasalia lateralia quadrangula; scutum verticale magnum, sexangulum, postice valde acutum; scuta superciliaria quinguangula, maiuscula; scuta occipitalia magna, vix sexangula, angulis tribus anticis distinctis, posticis obsoletis, subrotundatis; squamae ad latera scutorum occipitalium tres aequales, maiusculae, subquadrangulae; scuta lorea quadrangula; scutum oculare anticum unicum tantum, maiusculum, quadrangulum; scuta marginalia labii superioris omnia quinguangula aut subquinguangula; scutum labiale medium mediocre, triangulum; scuta labialia accessoria nulla; scuta mentalia anteriora subquadrangula, angulis obsoletis; scuta mentalia posteriora anterioribus minora, quinguangula, postice subacuminata; squamae gulares quinguangulae; scuta marginalia labii inferioris quinque inaequalia, tria antica quadrangula, subaequalia, quartum maximum, quinguangulum, ultimum quarto quadruplo minus, squamaeforme; squamae pone occiput et in nucha quinguangulae, trunci supra subquadrangulo-lanceolatae, imbricatae, ad latera latiores et quinguangulae, omnes laeves; scuta abdominalia tenuissima; truncus aequalis, teres, laevissimus; cauda continua, apice acuta; corpus et cauda supra relucenti-brunnea, immaculata; linea obscurior



1.  
 ELAPS melanocephalus.  
*La Couleuvre à tête tachetée.*

2.  
 NATRIX Chiametta.  
*La Couleuvre Chiametta.*



longitudinalis, recta, tenuis, in dorso a nucha usque ad caudae apicem prolongata; caput supra et nucha nigra aut nigro-fusca; in utroque scuto occipitali macula parva, rotunda, albida; nucha nigra, pone albido marginata; capitis latera nigra, maculis duabus albidis notata; abdomen et cauda subtus immaculata, albicanti-flava; scutum ano impositum medio fissum; dentes minimi, acuti, numerosi, aequales; scuta abdominalia 136, caudalia 55. Longitudo trunci 8'' 2''', capitis 4''', caudae 2'' 4'''; ambitus occipitis 6''', trunci medii 9''', pone anum 6''', in medio caudae 4''', capitis 7'''; latitudo capitis supra oculos 1 $\frac{1}{4}$ ''', occipitis 2'''

Habitat in terris flumini Solimöens adjacentibus. Colubro melanocephalo Lin. Mus. Ad. Frid. p. 24. t. 15. f. 2. valde affinis, species tamen distincta. Variat linea dorsali vix conspicua et maculis albis subobsoletis in scutis occipitalibus.

#### LA COULEUVRE À TÊTE TACHETÉE.

*Il ne faut pas confondre cette espèce avec celle de la Tête noire de Mr. de Lacépède et de Mr. Daudin quoiqu'il y ait entre les deux une assez grande ressemblance. Celle, dont il est question ici, se distingue de l'autre, en ce qu'elle a un nombre plus petit de plaques abdominales, par la forme toute différente des écailles, par les taches blanches et rondes qui se trouvent sur les plaques occipitales, et enfin par la ligne droite et fine qui prend son origine à la nuque et s'étend sur le dos jusqu'au bout de la queue, qualités qui manquent à la dite espèce à Tête noire de Mr. de Lacépède. Les trois individus que j'examinai au Musée royal de Munich, sont tous d'égale longueur, et ont les taches blanches et la ligne sur le dos, quoique ces mêmes taches et cette ligne soient chez un de ces individus, presque effacées. La tête est petite, les yeux sont ronds, les dents fort petites, et très nombreuses. Le corps, dont le dessus est de couleur brune, est très lisse, reluisant et sans taches, excepté toutefois cette ligne sur le dos, qui est plus ou moins foncée. Les lèvres sont noires, et ont sur chaque côté deux taches blanches. La tête est pointuë, et en dessous de même que le ventre et la queue d'un jaune pâle sans taches. Les écailles du dos sont carrées, mais presque lanceolées sur les flancs et sur la queue, qui est très pointuë, pentagones et plus larges. Monsieur de Spix a trouvé cette jolie espèce dans les environs de la rivière Solimöens.*



## SPECIES 6. ELAPS LANGSDORFFI. TAB. II. FIG. 2.

E. supra nigerrimus maculis minutis separatis flavidis, transversim positis; subtus flavidus fasciis latiusculis rubris.

**D**ESCRIPITIO. Caput mediocre, subdistinctum, in vertice subconvexum, ad latera subrotundatum, apicem obtusum versus subdeclive; oculi minuti, rotundi; nares maiusculae, subrotundatae; oris rictus mediocris, rectus; maxilla superior subprotuberans; scutum rostrale latiusculum, subseptangulum, infra subemarginatum; scuta nasalia intermedia mediocria, quinquangula; scuta frontalia maiuscula, subquadrangula, angulo exteriori postico subrotundato; scuta nasalia lateralia quinquangula; scuta lorea nulla; scutum verticale mediocre, quinquangulum, postice valde acuminatum; scuta superciliaria lata, breviuscula, quinquangula; scuta occipitalia mediocria, subsexangula, nitidissima, squama magna sexangula utrinque ad latera; scutum oculare anterius utrinque unum, maiusculum, quinquangulum; scuta ocularia posteriora minima, utrinque duo, quorum superius quadrangulum, inferius subtriangulum, subtenue; scuta marginalia labii superioris septem, anteriora duo caeteris minor, quadrangula, tria sequentia subquadrangula, postrema quinquangula; scuta temporalia utrinque duo, sexangula; scuta marginalia labii inferioris quinque, anterius et secundum quadrangula, tertium maximum, latissimum, subquadrangulum, angulo postico attenuato, postrema duo minor, vix quinquangula; scuta mentalia anteriora mediocria, quadrangula; scuta mentalia posteriora quinquangula, angulo postico acuto; squamae gulares sexangulae; scuta abdominalia duo priora parva, tenuia; squamae occipitis sexangulae, trunci dorsi antici et postici sexangulo-lanceolatae, laterum latiores, caudae latae, sexangulae, omnes laevissimae; truncus aequalis, teres; cauda continua, brevis, apice subacuta; caput, truncus et cauda supra relucenti-nigra; labia flavido variegata; maculae minutae a nucha usque ad caudae originem in lineis transversis positae, flavidae; trunci latera squamis flavidis, apice nigricantibus; cauda supra absque lineis punctatis transversis; caput infra, gula, abdomen et cauda subtus flavida; abdomen fasciis transversis latis rubris circiter 30, cauda 6, fere semper  $\frac{3}{4}$ " distantibus; scutum ano imposistum in medio fissum; dens utrinque in maxilla superiore longiusculus, subcurvatus, maxillares caeteroquin nulli; dentes palati et maxillae inferioris parvi, aequales. Scuta abdominalia 204, caudalia 47. Longitudo trunci 2', capitis fere 7"', caudae fere 4"; ambitus occipitis 1"

3''' , trunci medii 1½'' , pone anum 7''' , in medio caudae 6''' , capitis 1'' ; latitudo capitis supra oculos 3''' , occipitis fere 5''' .

Habitat in adjacentibus flumini Japurá.

#### LA COULEUVRE DE LANGSDORFF.

*La Couleuvre de Langsdorff me laisse encore en doute par rapport à sa place dans le Système des serpents, vu qu'il a sur chaque côté de la mâchoire supérieure une dent prolongée, et que sa queue est très courte et un peu obtuse. Il y a plusieurs espèces, que nous avons indiqué dans le Conspect général, qui conviennent à celle-ci par ces marques. Ils ne se distinguent des vrais Elaps que par cette dent prolongée et par la queue plus courte, et c'est en cela qu'ils se rapprochent du genre de Microure. D'ailleurs il faut espérer que principalement les Naturalistes, qui ont occasion de les examiner dans leur propre pays, pourront à la suite nous donner des résultats certains, car la petitesse de ces dents ne permet pas de les examiner aussi scrupuleusement qu'on le voudroit; cependant je doute que ce soient des crochets vénimeux. — La Couleuvre de Langsdorff, ainsi appelée du nom de ce Naturaliste, célèbre par ses mérites pour l'histoire naturelle et par le voyage autour du monde et au Brésil, se trouve assez rare dans les environs de la rivière Japurá. La tête est de médiocre grosseur, un peu arrondie sur les côtés et tronquée au museau. La séparation de la tête d'avec le tronc n'est pas très distincte. Les yeux sont petits et ronds, les narines un peu grandes et presque rondes. La gueule n'est pas large et fendue droitement. Les écailles de l'occiput sont hexagones, celles du tronc antérieur et postérieur hexagones et presque lanceolées, et celles qui garnissent les côtés du tronc et la queue, ont la même forme si ce n'est qu'elles sont plus larges. Le tronc est rond et égal partout, la queue courte et prolongée en pointe. La tête, le tronc et la queue sont en dessus d'un noir très reluisant; les lèvres ont des taches jaunâtres. On voit depuis la nuque jusqu'à l'origine de la queue plusieurs lignes transversales ponctuées et jaunâtres, mais très fines et rapprochées deux à deux. La queue n'a pas ces lignes transversales. Les côtés du tronc sont garnis d'écailles jaunâtres, bordées de noir. Le dessous du tronc et de la queue est d'un jaune clair et orné de trente-six bandes transversales rouges et un peu larges. La dent prolongée de la mâchoire supérieure est un peu courbée, et je n'ai pu découvrir à la*

*place de cette dernière aucune autre petite dent. Les dents palatines, ainsi que celles de la mâchoire inférieure, sont toutes d'égale grosseur. — On ignore les moeurs de ce serpent.*

## GENUS VII. DRYINUS.

*Scuta caudae subtus omnia divisa; caput longum rostro acutissimo, mobili; oculi lateraliter in medio capitis; truncus gracillimus; cauda longissima; scuta rostralia plerumque duo.*

### SPECIES 1. DRYINUS AENEUS. TAB. III.

*D. capite supra fusco; stria nigricante a naribus per oculos usque ultra occiput producta; labiis albis; corpore et cauda pallide fuscis, aureo nitentibus.*

**D**ESCRIPTIO. Caput distinctum, elongatum, gracillimum, angulatum, rostro longissimo, tenuissimo et acutissimo, apice subresimo, mobili; oculi magni, rotundi, lateraliter in medio capitis siti, iride aurea; nares mediocres, subrotundae, antorsum versae, 1<sup>'''</sup> a rostri apice remotae; oris rictus magnus, subrectus; maxilla superior inferiore multo longior, ad latera compressa; scutum rostrale unicum tantum, subquadrangulum, angulis superioribus subobsoletis, infra submarginatum; scuta nasalium intermedia magna, longiuscula, quadrangula; scuta frontalia maiora, octangula; scuta nasalium lateralia longissima, tenuissima, quadrangula; scuta lorea nulla; scutum verticale tenue, quinquangulum; scuta superciliaria maiuscula, triangulo-subcordata; scuta occipitalia maiuscula, subquinquangula, pone angulis obsoletis; scuta temporalia subsexangula; squamae pone scuta occipitalia quinquangulae et sexangulae; scutum oculare anterius unicum tantum, magnum, subquadrangulum, angulis anticis subrotundatis; scuta ocularia posteriora quadrangula, scutum superius inferiori maius; scuta marginalia labii superioris novem, omnia quadrangula et subquadrangula; scutum labiale medium minutum, triangulum; scuta accessoria maxima, subtriangula; scuta mentalia anteriora tenuia, angulis anticis et posticis rotundatis; scuta mentalia posteriora tenuiora, apicibus acutissimis; squamae gulares longiusculo-ovatae, apicibus acuminatis; scuta marginalia labii inferioris omnia quadrangula et aequalia, exceptis scutis anticis, quarto et quinto maioribus; squamae trunci laterum imbricatae, lanceolatae, caudae maiores et quadrangulae, omnes laeves; truncus subaequalis, tenuissimus, longissimus, ad latera subcompressus; cauda continua, tenuis-



DRYINUS aeneus .

*La Dryine bronzé.*

Tab. III .



sima, corpore brevior, apice acutissima; caput supra fuscum, immaculatum; linea a naribus per oculos usque ultra occiput prolongata, recta, nigricans; maxilla superior ad marginem, maxilla inferior et gula, albida, immaculata; corpus et cauda supra fusca, nitore aureo, absque maculis; trunci et caudae pars inferior pallide fuscescens, punctulis numerosissimis vix conspicuis adspersa; scutum ano impositum integrum; dentes maxillae superioris mediocres, haud numerosi; lingua supra alba, infra nigra, furculis tenuissimis, breviusculis. Scuta abdominalia 203, caudalia ad 180. Longitudo corporis 2'  $3\frac{3}{4}$ "', capitis 11"', caudae 1'  $6\frac{1}{2}$ "'; ambitus occipitis 1"', trunci medii 1"', pone anum 8"', in medio caudae  $5\frac{1}{2}$ "', capitis fere 9"'; latitudo capitis supra oculos  $2\frac{3}{4}$ "', occipitis 3'''.

Habitat in sylvis adjacentibus flumini Solimöens, prope Ega. Colubro Linkii Merr. (*Coluber mycterizans* Lin. Mus. Adolph. Frid. I. p. 28. t. 5. f. 1.) similis, distincta vero species.

### LE DRYINE BRONZÉ.

On ne connoissoit jusqu' à présent que deux espèces de ce genre, savoir: le *Coluber mycterizans* de Linné (Mus. Ad. Frid. I. t. 19. f. 2.) et la *Passeriki Pam* (*Dryinus nasutus* Merrem) de Russel, avec la variété *Botla Passeriki*, qui probablement forme une espèce particulière, et dont l'une se trouve dans l'Amérique septentrionale, et l'autre dans l'Inde orientale. D'après l'affirmation de Catesby dans sa *Natural History of Carolina*, d'après celle de Russel dans son *Account of Indian Serpents*, et d'après les observations de Mr. de Spix on distingue ces serpents des autres en bien observant leurs moeurs. Ils se tiennent toujours entre les branches des arbres, se glissent fort légèrement entre les feuilles et les fleurs, et se nourrissent seulement d'insectes. — Le Dryine bronzé a une forme élégante et très élancée; l'éclat de sa couleur uniforme mais brillante est semblable à celui du métal; sa vivacité, sa grace et la douceur de ses moeurs et de ses habitudes réclament en sa faveur une exception contre l'effroi que causent en général les serpents. Elle a la tête très longue, comprimée vers les côtés du museau, qui est très pointu et mobile à son extrémité. L'iris des yeux est de couleur d'or. Sa bouche est fendue de manière que la mâchoire inférieure se trouve plus courte. Le dessus du corps de cet animal est d'un brun doré semblable au bronze, le dessous d'une couleur brunâtre, mais dépourvue de brillant et tacheté de petits points noirâtres presque invisibles. Les

*narines sont de médiocre grandeur et placées en avant; de celles-ci part une ligne noirâtre qui passe par dessus les yeux et vient se rejoindre à la nuque. La mâchoire supérieure est bordée de blanc. Les écailles du tronc sont lancéolées et imbriquées, celles de la queue au contraire un peu plus grandes et carrées, mais toutes sont lisses. La queue est très longue, très mince et très aiguë au bout. Les dents sont de médiocre grandeur, courbées et distantes l'une de l'autre, et par cela même peu nombreuses. On trouve ce serpent dans les environs d'Ega près du lac appelé Teffé, conjoint avec la rivière Solimöens. Quoique on ne remarque chez lui qu'une seule plaque rostrale, il réunit néanmoins les autres caractères de ce genre des reptiles, et on ne le doit pas confondre avec la Couleuvre mycterizans de Linné, avec laquelle il a beaucoup de rapport.*

### GENUS VIII. NATRIX.

*Scuta caudae subtus omnia divisa; caput aut vix distinctum aut distinctum; scutum rostrale convexum; oris rictus ab angulo declivis, amplus; squamae trunci aut laeves aut carinatae.*

#### SPECIES 1. NATRIX CHIAMETLA. TAB. II<sup>b</sup>. FIG. 2.

*N. reticulata; squamis olivaceo-virescentibus, nigro marginatis; capite, trunco et cauda subtus albo-flavidis, immaculatis.*

*Seba Thes. II. tab. 36. f. 4. tab. 61. f. 1.*

*Coluber Chiametla Shaw. Gen. Zool. III. p. 440. Merr. Tentam. Syst. Amph. p. 135. n. 190.*

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Caput vix distinctum, parvum, obtusiusculum, subdepressum, ante oculos subangulatum; nares mediocres, rotundae; oculi subrotundi, iride aurea; oris rictus subrectus, mediocris; dentes haud numerosi, subvalidi, acuti, in maxilla superiore et inferiore nec non in palato aequali magnitudine; scutum rostrale magnum, latum, subseptangulum, infra admodum emarginatum; scuta nasalia intermedia mediocria, subquinguangula, angulis interdum subrotundatis; scuta frontalia magna, subquadrangula, lateribus exterioribus rotundatis; scutum verticale mediocre, quinquangulum, subconcaevum; scuta superciliaria maiuscula, latiuscula, subsexangula, angulis posticis subobsoletis; scuta occipitalia maiuscula, subsexangula, postice squama utrinque maiuscula, quinquangula; scuta nasalia lateralia mediocria, quadrangula.



gula; scuta lorea utrinque duo aequali magnitudine, quinquangula; scutum oculare anterius unicum, magnum, quinquangulum; scuta ocularia posteriora, utrinque duo, quadrangula, aequalia; scuta marginalia labii superioris octo, primum anticum subquinquangulum, sequentia quatuor quadrangula et fere aequalia, tria postica magna, quinquangula; scuta temporalia longiuscula, mediocria, subsexangula; scuta marginalia labii inferioris omnia quadrangula et fere aequalia, excepto scuto intermedio magno, quinquangulo; scutum labiale medium parvum, triangulum; scuta mentalia anteriora quadrangula, posteriora quinquangula; squamae gulares subimbricatae, maiusculae, subsexangulae; squamae trunci et caudae imbricatae, laeves, quadrangulae, ad latera maiores, ad apicem obtusiusculae; truncus aequalis; cauda tenuis, subtriangularis, brevis, apice acuta; caput supra olivaceum lateribus virescentibus et scutis nigro submarginatis; squamae trunci et caudae supra olivaceo-virescentes, nigro marginatae et inde corpus totum superius reti quasi tectum; latera trunci et caudae paululum dilutiora; caput, gula, abdomen et cauda subtus albo-flavida, immaculata; scuta abdominis et caudae interdum nigricanti marginata; scutum ano impositum medio fissum. Scuta abdominalia 148 et 159, caudalia 52 et 58. Longitudo corporis 1' 10", capitis 10", caudae  $4\frac{3}{4}$ "; ambitus occipitis  $1\frac{1}{2}$ ", trunci medii  $2\frac{1}{4}$ ", pone anum 1" 1", in medio caudae 8", capitis  $1\frac{1}{2}$ "; latitudo capitis supra oculos  $3\frac{1}{4}$ ", occipitis 6".

Habitat non rara in provincia Bahiae et adjacentibus.

#### LA COULEUVRE CHIAMETLA.

*La Couleuvre Chiametla, ainsi nommée par Seba, ne nous est connue que par une description très vague de cet auteur, faite qui lui est ordinaire. Il la fait figurer deux fois sous de différentes dénominations, comme nous avons déjà indiqué, et Mr<sup>s</sup>. Sharv et Merrerem citent sa description dans leurs ouvrages sans l'augmenter. Après des comparaisons scrupuleuses, nous l'avons réunie avec notre espèce, vu qu'elle n'en paraît pas différer par de caractères constans. Seba dit, en décrivant cet animal, "sa peau en dessus du corps est bleue etc.", cependant plusieurs individus très bien conservés, que j'ai sous mes yeux, ont une couleur verdâtre, et leurs écailles sont bordées de noir; mais il seroit possible que cette variété de couleur fut causée par l'esprit de vin où l'animal est conservé. Il paraît que la Chiametla est très commune dans les bois de la province Bahie, où notre voyageur s'est procuré un nombre considérable d'exemplaires. Elle se nourrit*


d'insectes et de vers. Sa tête, son ventre et sa queue, qui est très courte et au bout pointuë, sont en dessous d'un blanc jaunâtre et sans taches; cependant les plaques du ventre et de la queue ont quelquefois un bord noirâtre. La tête en dessus n'a pas des taches, quoique quelques plaques sont bordées d'une couleur presque noire. Toutes les écailles sont imbriquées et très lisses. Ce serpent, qui ne paraît pas parvenir à une grandeur considérable, est d'un vif éclat quand on le retire de l'esprit de vin.

SPECIES 2. NATRIX G. FORSTERI. TAB. IV. FIG. 1.

N. tota fuscescenti-olivacea, immaculata; squamis trunci anterioris lateraliter albo marginatis; corpore inferiore fuscescenti-flavido, immaculato.

DESCRIPTION. Caput subdistinctum, latiusculum, subdepressum, obtusiusculum; scutum rostrale latum, subquingulum; scuta ocularia intermedia parva, rotundato-sexangula; scuta frontalia, scutis ocularibus intermediis fere duplo maiora, quinquangula; scutum verticale maiusculum, quingulum; scuta superciliaria obverse subconica, tenuia; scuta occipitalia mediocria, sexangula, pone utrinque squama maiuscula, subquadrangula; scuta nasalia lateralia parva, quinquangula; scuta lorea quadrangula; scuta ocularia anteriora et posteriora minima, quadrangula; scuta temporalia tenuia, longiuscula, subsexangula; scutorum marginalium labii inferioris anteriora quinque subparva et subquadrangula, posteriora tria magna, quinquangula; scuta marginalia labii inferioris omnia quadrangula, intermedia tria maiuscula; nares rotundae, maiusculae; oculi mediocres, suborbiculares, iride aurea; dentes numerosi ac maiusculi, praecipue illi maxillae inferioris; truncus aequalis; cauda tenuis, breviuscula, apice acuta; squamae omnes laeves, in trunco anteriore lanceolato-hexagonae, in cauda hexagonae; corpus totum supra fuscescenti-olivaceum, immaculatum; squamae trunci anterioris interdum ad latera albido marginatae; maxillae ad latera, mentum, gula et pars tota trunci et caudae inferior fuscescenti-flavida; corpus absque maculis et bellissime nitens; scutum ano impositum medio fissum. Scuta abdominalia 169, caudalia 60. Longitudo corporis 1' 8½", caudae 4" 1", capitis 1"; ambitus occipitis 1½", trunci medii 2", pone anum 1" 1", in medio capitis 1½", caudae 9"; latitudo capitis supra oculos fere 3", occipitis 6".

Habitat in provincia et prope urbem Bahiæ.



1  
NATRIX Forsteri.

*La Couleuvre de G. Forster.*

2  
NATRIX melanostigma.

*La Couleuvre ponctuée aux côtés du ventre.*



## LA COULEUVRE DE G. FORSTER.

C'est une des couleuvres qui n'excellent pas par un coloris éclatant, car le dessus de son corps est d'un brun olivâtre et toute la partie inférieure du corps blanchâtre, d'un très vif éclat et sans taches, excepté les écailles du tronc antérieur qui sont quelquefois aux côtés très finement bordées de blanc. Les écailles du tronc antérieur sont hexagones et lancéolées, celles de la queue hexagones et toutes lisses. La tête est assez distincte du tronc, déprimée et au museau obtuse. Les yeux, dont l'iris est dorée, sont presque ronds et d'une médiocre grandeur. Le tronc depuis la nuque jusqu'à l'origine de la queue, qui est fine, courte et au bout pointu, a une circonférence presque égale. L'individu, qui fait partie du Musée royal de Munic, a été rapporté de la province Bahie, ou vit ce serpent dans les bois. On ne connoît pas sa manière de vivre. Nous avons nommé cette espèce d'après le savant voyageur et Naturaliste George Forster.

## SPECIES 3. NATRIX MELANOSTIGMA. TAB. IV. FIG. 2.

N. supra fuscescenti-olivacea; subtus alba; scutis abdominalibus coerulescenti-marginatis, in utroque latere puncto nigro notatis; cauda infra tota alba.

DESCRIPTION. Caput mediocre, depressum, supra in medio subconvexum, obtusiusculum, ante oculos angulatum, nares versus vix declive; oculi maximi, rotundati; nares mediocres, rotundae; oris rictus magnus; maxillae postice ad latera subprotuberantes; scutum rostrale magnum, septangulum, angulis superioribus tribus subobsoletis, subrotundatis, infra admodum emarginatum; scuta nasalia intermedia subquadrangula; scuta frontalia subsexangula, magna; scutum verticale sexangulum; scuta superciliaria tenuia, longa, subsexangula, angulis anticis tribus approximatis, subobsoletis; scuta occipitalia magna, subcordata, subquinguangula, postice angulis obsoletis, squamae maiusculae pone illa nullae; scuta nasalia lateralia anteriora quadrangula, posteriora maiuscula, subquinguangula; scuta lorea fere quinguangula; scuta ocularia anteriora quinguangula, posteriora quadrangula; scuta marginalia labii superioris et inferioris quadrangula; scutum labiale medium triangulum, mediocre; scuta labialia accessoria et scuta mentalia anteriora quinguangula; scuta mentalia posteriora tenuissima, longa, subsexangula, in medio divergentia; squamae gulares parvae; squamae trunci laeves, imbricatae, quadrangulae, apicibus subelevatae, occipitis et nuchae parvae, sexangulae; truncus teretiusculus, subfusiformis.

mis; cauda continua, apice acuta; scutum ano impositum in medio fissum; dentes parvi, praecipue palatini, maxillae inferioris aequales, acutissimi; corpus totum superius fusciscenti-olivaceum, immaculatum, inferius album; scuta abdominalia coerulescenti-marginata et in utroque latere puncto nigro notata; cauda infra tota alba, immaculata et ad latera non punctata; maxillae, mentum et gula albida; stria nigra infra oculos a naribus usque ultra nucham prolongata; maculae nonnullae nigrae subobsoletae ad nuchae latera. Scuta abdominalia 157, caudalia 101 et 102. Longitudo corporis 1' 6", caudae 9 $\frac{1}{4}$ ", capitis 9"; ambitus occipitis 1", trunci medii 1 $\frac{1}{2}$ ", pone anum 1" 1", in medio caudae 8", capitis 1" 2 $\frac{1}{2}$ "; latitudo capitis supra oculos 2 $\frac{1}{2}$ ", occipitis 5".

Habitat in provincia Bahiae.

#### LA COULEUVRE PONCTUÉE AUX CÔTÉS DU VENTRE.


*Elle se distingue facilement par ses plaques abdominales blanches, bordées d'une couleur bleuâtre, et marquées de chaque côté d'un point noir. Les plaques du dessous de la queue sont entièrement blanches et n'ont ni le bord bleuâtre ni les points noirs. La tête et le corps sont en dessus d'un brun olivâtre et sans taches, les mâchoires et la gorge blanches. Une ligne noire droite et fine passe depuis les narines médiocres sous les yeux, qui sont ronds et très grands, le long des côtés de la nuque. Les écailles du tronc sont imbriquées, carrées, lisses et un peu élevées au bout, celles de l'occiput et de la nuque plus petites et d'une forme hexagone. On ne sait rien de particulier sur la Couleuvre ponctuée aux côtés du ventre, sinon qu'elle vit dans les environs de la ville de Bahie, dans lesquelles mêmes elle paraît être rare.*

#### SPECIES 4. NATRIX LACERTINA. TAB. V.

N. supra olivacea squamis dorsinonnullis intermixtis nigris, albido marginatis, reliquis omnibus in medio impressis; infra flavescens-albicans lineolis numerosis, maculariis, longitudinalibus, nigricantivirescentibus.

**D**ESCRIP TIO. Caput lacertinum, breviusculum, non distinctum, antice angulatum, ad latera et in frontis medio impressum, apicem versus declive, acutum, valde compressum; oculi magni, subovato-rotundati, flavo-ferruginei; nares parvae; oris





NATRIX lacertina .

*La Couleuvre à tête de lézard*

Tab.V.





rictus magnus, subrectus; maxillae subtorosae; scutum rostrale magnum, subseptangulum, angulis subobsoletis, infra submarginatum; scuta nasalia intermedia subconica, quadrangula; scuta frontalia cordata, quinquangula, magna, medio impressa; scuta ocularia anteriora magna, subtriangula, ad marginem superiorem per dilatata et pone oculos valde impressa; scutum verticale longissimum, tenuissimum, fere octangulum, antice impressum; scuta superciliaria magna, subquinquangula, antice subrotundata, angulis obsoletis, postice abscissa, supra oculos recumbentia; scuta occipitalia vix sexangula, magna, postice angulis subobsoletis, subrotundatis, squamae nullae maiusculae pone illa; scutum nasale laterale anterius quadrangulum; scuta lorea subquadrangula, angulo postico superiori obsoleto, rotundato; scuta marginalia labii superioris anteriora quatuor subquadrangula, posteriora duo maxima, subquinquangula, postice angulis elongatis; scutum labiale medium parvum, triangulum; scuta labialia accessoria tenuia, subquadrangula; scuta mentalia anteriora subcordata, postice angulis acutissimis, posteriora longa, subquinquangula, angulis subobsoletis; squamae gulares imbricatae, triangulae; scutum gulare primum minimum, posticum rotundatum; scuta marginalia labii inferioris anteriora quatuor quadrangula, quorum tertium versus scuta mentalia anteriora angulo acutissimo, quintum magnum, subsexangulum; squamae trunci anterioris imbricatae, lanceolatae, posterioris latiores, laterum latae, subquadrangulae, caudae subquadrangulae aequae ac illae occipitis laeves, reliquae omnes medio longitudinaliter impressae seu canaliculatae; truncus vix subfusiformis; cauda continua, apice acuta; dentes minimi, breves, recti, obtusi, aequales; postice in maxilla superiore utrinque dens maiusculus, a caeteris remotus, subrecurvatus; corpus totum supra obscure olivaceum, squamis nonnullis nigris, saepius albido marginatis; squamae ad trunci latera albae; scuta superciliaria, frontalia et scuta marginalia labii superioris, sicut scutum verticale lineolis transversis aut longitudinalibus albidis, nigro-marginatis notata; caput subtus et gula flavescenti-alba; abdomen et cauda subtus flavescenti-albicantia, lineolis maculariis longitudinalibus nigricanti-virescentibus numerosis; scutum ano impositum in medio fissum. Scuta abdominalia 181, caudalia 83. Longitudo trunci 2' 6", caudae 9", capitis 1 $\frac{1}{2}$ "; ambitus occipitis 2 $\frac{1}{4}$ ", trunci medii 3 $\frac{1}{4}$ ", pone anum 1 $\frac{3}{4}$ ", in medio caudae 10", capitis 2 $\frac{1}{4}$ "; latitudo capitis supra oculos 5", occipitis 9 $\frac{1}{2}$ "

Habitat in locis sylvestribus urbis Bahiae.

LA COULEUVRE À TÊTE DE LÉZARD.

*La tête de cette couleuvre a une assez grande ressemblance avec celle d'un lézard, c'est à dire, il est un peu courte, vers le museau encline, aux côtés et sur le milieu du front imprimée, au bout très restreinte et pointuë; les yeux sont grands, presque oblongs et l'iris est très vive et d'un brun rouge. La bouche large est presque droitement fendue. Les plaques des sourcils sont grandes et très saillantes aux côtés. Le dessus du corps en général d'une couleur d'olive porte à même temps çà et là des écailles noires, qui sont presque toujours bordées de blanc. On distingue aux côtés du tronc des écailles blanches. Les plaques des sourcils, ainsi que celles du front et de la mâchoire inférieure sont ornées de lignes blanches, et bordées de noir. La tête en dessous est ainsi que la gorge d'un blanc jaunâtre, et toute la partie inférieure du corps et de la queue d'un blanc jaunâtre avec des taches nombreuses, longitudinales et d'un verd noirâtre. Les écailles du tronc antérieur sont imbriquées et lanceolées, celles de la queue au contraire hexagones, toutes lisses, mais dans leur milieu un peu imprimées. Les dents très petites, courtes et obtuses sont toutes d'une égale grosseur n'excepté qu'une dent un peu prolongée et isolée qui se trouve au derrière de la mâchoire supérieure. La vivacité des yeux et la souplesse du corps font présumer que ce serpent, qu'on trouve dans les bois qui avoisinent la ville de Bahie, possède un caractère très vif, mais nous ne connoissons point ses moeurs et son genre de nourriture.*

SPECIES 5. NATRIX CINNAMOMEA. TAB. VI. FIG. 1.


N. tota cinnamomea, immaculata; squamis laevibus.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Caput subcordato ovatum, subdepressum, ad latera angulatum, distinctum, supra, nares versus, declive; oculi magni, rotundato longiusculi; nares magnae, rotundae; oris rictus amplus; maxillae ad latera protuberantes; scutum rostrale magnum, sexangulum; scuta nasalia intermedia et scuta frontalia magna, quinquangula, scutum verticale mediocre, quinquangulum; scuta superciliaria quinquangula, maiuscula; scuta occipitalia magna, sexangula; scuta nonnulla maiuscula subquinquangula et quadrangula pone scuta occipitalia; scuta nasalia lateralia anteriora et posteriora et scuta lorea quadrangula; scuta ocularia anteriora subquinquangula, posteriora quadrangula; scuta marginalia labii superioris, excepto scuto septimo quin-



1.  
NATRIX cinnamomea

*La Couleuvre à couleur de canelle.*



2.  
NATRIX occipitalis

*La Couleuvre à tête brune.*



quangulo, quadrangula; scutum labiale medium parvum, triangulum; scuta labialia accessoria parva, subquingula; scuta mentalia anteriora longiuscula, subquingula; posteriora tenuia, longiuscula, subsexangula, angulis subobsoletis; squamae gulares obverse conicae, subquadrangulae; scuta marginalia labii inferioris omnia quadrangula; squamae occipitis subquadrangulae, dorsi imbricatae, subsexangulae, caudae supra subrotundato-sexangulae, omnes laeves; truncus subaequalis; dorsum subacuminatum; cauda continua, longa, apice subobtusa; scutum ano impositum medio fissum; dentes validi, breves, recti, aequales; animal totum cinnamomeum, immaculatum. Scuta abdominalia 159, caudalia 100. Longitudo corporis 3' 5 $\frac{1}{2}$ "', caudae 1' 4 $\frac{3}{4}$ "', capitis 1" 11''; ambitus occipitis 2 $\frac{3}{4}$ "', trunci medii 3 $\frac{1}{2}$ "', pone anum 1" 10''', in medio caudae 1'', capitis 2 $\frac{1}{4}$ "'; latitudo capitis supra oculos 4 $\frac{1}{8}$ "', occipitis 1''.

Habitat in sylvis flumini Amazonum confinibus.

#### LA COULEUVRE À COULEUR DE CANELLE.

*Cette Couleuvre a partout la couleur de canelle foncée. M. de Spix n'a raconté cette espèce qu'une seule fois dans les forêts primitives de la rivière d'Amazon, dont les arbres très hauts et au bout rameuses, occasionnent une fraîcheur agréable, très recherchée des serpents. La tête a presque la forme en coeur, mais elle est en même temps ovale, en dessus déprimée et incline vers les narines, qui sont grandes et rondes. Les yeux sont grands, ronds et presque oblongs, les mâchoires saillantes aux côtés, et les écailles de la gorge coniques et presque carrées, celles du dos imbriquées et à peu près hexagones, mais toutes lisses; la queue est longue et au bout un peu obtuse, la bouche très large. Les dents fortes, courtes et droites sont d'une égale grosseur.*

#### SPECIES 6. NATRIX OCCIPITALIS. TAB. VI. FIG. 2.

N. pallide fuscescenti-albicans; squamis apice fuscis; vertice, occipite et nucha fusco-nigris.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Caput mediocre, subdistinctum, valde depressum, ad latera non angulatum, supra, nares versus, vix declive, in apice detruncatum, latum, obtusum; oris rictus parvus; oculi mediocres; nares magnae, rotundae; maxillae pone oculos

subprotuberantes; scutum rostrale latissimum, septangulum, supra valde concavum; scuta nasalia intermedia quinquangula, parva; scuta frontalia subsexangula, magna; scutum verticale subsexangulum, angulo postico acutissimo, angulis duobus lateralibus subobsoletis; scuta superciliaria quinquangula, mediocria; scuta occipitalia quinquangula; squamae nullae maiusculae pone scuta occipitalia; scuta nasalia lateralia subquadrangula; nares antrorsum versae; scuta lorea quadrangula; scuta ocularia posteriora subquinquangula; scuta marginalia labii superioris anteriora quatuor quadrangula, posteriora quatuor quinquangula; scutum labiale medium triangulum, mediocre; scuta labialia accessoria subquinquangula, angulis lateralibus subobsoletis; scuta mentalia anteriora subquinquangula, scuta mentalia posteriora triangula, eadem magnitudine; squamae gulares parvae, subsexangulae; scuta gularia parva; scuta marginalia labii inferioris quinquangula; squamae laeves, dorsi apice acutae, imbricatae, mediocres, occipitis et nuchae subsexangulae, parvae; truncus subfusiformis; cauda continua; scutum ano impositum, apice rotundatum, integrum; dentes minimi, vix conspicui, aequales, recti; truncus pallide fuscescenti-albicans, squamis apice fusco-nigricantibus; rostrum, frons, gula, corpus et cauda subtus fuscescenti-albicantia, iridis nitore; macula magna fuscescenti-nigra in vertice, occipite et nucha. Scuta abdominalia 191, caudalia 94 et 98. Longitudo corporis 1'  $9\frac{3}{4}$ " , caudae 7" 2" , capitis 10" ; ambitus occipitis 1" 1" , trunci medii 2" , pone anum 1" , in medio caudae 8" , capitis  $1\frac{1}{4}$ " ; latitudo capitis supra oculos 3" , occipitis  $5\frac{1}{2}$ "


Habitat ad flumen Solimöens.

### LA COULEUVRE À TÊTE BRUNE.

*La Couleuvre Clélie de Mr. Daudin ( Hist. des Rept. tome VI. p. 330. t. 78. ) qui habite à Surinam, a par la forme et par la couleur de sa tête quelque ressemblance avec la notre espèce; mais la Clélie en diffère en général par la couleur du corps qui est en dessus du dos d'un brun sombre et foncée, et par la nuque marquée d'une large bande blanche et transversale, qui manque à la Couleuvre à tête brune. La Clélie a aussi un nombre plus petit de plaques abdominales et sous-caudales. La Couleuvre à tête brune a le dessus du corps d'un brun pâle et blanchâtre. On remarque sur la tête depuis la plaque frontale jusqu'à derrière de la nuque une grande tache brun-noire; les écailles, qui sont lisses, imbriquées, pointuës et d'une mé-*







NATRIX bicarinata.

*La Couleuvre à ligne blanche au dos*

Tab. VII.

diocre grandeur, ont les pointes d'un brun noirâtre. Le corps et la queue brillent en dessous d'un très bel éclat de perles. La tête est d'un médiocre grandeur, peu distincte du cou, très déprimée en dessus et arrondie aux côtés; son museau est très large et presque tronqué. Les yeux médiocres sont ronds et les narines grandes. On voit à peine les dents petites, droites et partout d'une égale grosseur. Elle habite les forêts sombres aux bords de la rivière Solimöens.

SPECIES 7. NATRIX BICARINATA. TAB. VII.

N. fuscescenti-virescens; dorso taenia albicante utrinque carinata; abdomine flavicanti-albido, scutis nigricanti marginatis.

*Coluber bicarinatus*. Neuwied *Reise in Brasilien Bd. I, Seite 181*. Merr. *Tentam. Syst. Amph.* p. 117. n. 96.

**D**ESCRIP TIO. Caput mediocre, subovato-oblongum, subdepressum, distinctum, apice acutiusculum, supra, nares versus, vix declive; oculi mediocres; nares maiusculae, subrotundae; maxillae postice ad latera subprotuberantes; scutum rostrale subseptangulum, latum; scuta nasalia intermedia quinquangula; scuta frontalia sexangula; scutum verticale sexangulum; scuta superciliaria maiuscula, subquinquangula; scuta occipitalia quinquangula; squamae plures quadrangulae et quinquangulae pone scuta occipitalia; scuta nasalia lateralia et scuta lorea quadrangula; scuta ocularia anteriora quinquangula, posteriora quadrangula; scuta marginalia labii superioris quadrangula; scutum labiale medium triangulum, parvum; scuta labialia accessoria quadrangula; scuta mentalia anteriora subquadrangula, posteriora longiuscula, subconica et subtriangula; squamae gulares angulis obsoletis, subrotundatis; scuta marginalia labii inferioris quadrangula, excepto scuto postico ultimo quinquangulo; squamae trunci dorsi longiusculae, subsexangulae; series squamarum carinatarum duae in medio dorsi, 1<sup>''</sup> distantes; squamae reliqui trunci et caudae laeves, latae, sexangulae, lineola, haud vero elevata, notatae; truncus subfusiformis, in dorso subcompressus; cauda continua, longissima, apice acuta; scutum ano inpositum mediocre, integrum; dentes minimi, numerosissimi, subtilissimi, postici maiores, recti; caput supra fuscum; truncus aut fuscescenti-virescens, aut obscure olivaceus; taenia recta, tenuis, albida, utrinque ad latera serie squamarum carinatarum et semi-nigrarum marginata, ab occipite supra spinam dorsi fere usque ad caudae originem prolongata; mentum, gula, abdomen et cauda infra flavida; scuta abdominalia ad marginem lineola transversa nigricante; scuta

caudalia in medio nigricanti marginata; cauda supra tota obscure olivacea. Scuta abdominalia 156, caudalia 137, 140 et 155. Longitudo trunci 2', 2'', caudae 1' 4 $\frac{1}{4}$ '', capitis 1''; ambitus occipitis 1 $\frac{1}{2}$ '', trunci medii 2'', pone anurum 1'', in medio capitis 1 $\frac{1}{2}$ ''; latitudo capitis supra oculos 4''', occipitis 5'''.

Habitat ad flumen Solimöens in paludum littoribus arenosis sub gramine.

### LA COULEUVRE À LIGNE BLANCHE AU DOS.

Nous devons la première connoissance de cette espèce au Prince de Neuwied qui l'a découvert dans les environs d'Espirito santo et en a fait mention dans le premier tome de son voyage au Brésil. Les habitans de Brésil l'appellent Cipo. Cet ophidien se tient sur les rivages des fleuves aux lieux sablonneux entre les herbes et acquiert une grandeur considérable. Les individus au Musée Brésilien de Munic étoient trouvés aux bords de la rivière Solimöens. La tête de ce serpent est en dessus brunâtre, le tronc d'un brun verdâtre ou d'un olivâtre foncé. Une bande blanche droite et fine s'étend sur le milieu du dos depuis l'occiput presque jusqu'à l'origine de la queue, qui est en dessus toute olivacée. Les écailles qui se trouvent sur chaque côté de cette bande, sont carénées et plus grosses que celles des flancs du tronc, qui ont une forme hexagone, marquées dans leur milieu d'une très petite ligne, mais pas élevée. La gorge, le ventre et la queue en dessus sont jaunâtres, mais les plaques abdominales se distinguent à leurs bords par une petite ligne transversale et noirâtre. La queue est très longue et pointuë à son bout.

### SPECIES 8. NATRIX SCURRULA. TAB. VIII.

N. supra testaceo-rufa et nigro-subviolaceo varia; dorso lateraliter compresso; corpore et cauda sub-  
tus testaceo-rufis, nigro maculatis; capite supra nigricanti-brunneo; fronte rufescente.

**D**ESCRIP TIO. Caput mediocre, oblongum, subdistinctum, depressum, angulatum, apice subobtusum, supra, nares versus, subdeclive; oculi magni; nares obverse cordatae, mediocres; oris rictus maximus; maxillae ad latera vix protuberantes; scutum rostrale rotundatum, angulis obsoletis, infra submarginatum; scuta nasalia intermedia subcordata, quinquangula; scuta frontalia subsexangula; scutum verticale quinquangulum, mediocre, subconcauum; scuta superciliaria subquingula, subele-



NATRIX Scurrula.

*La Couleuvre Arlequin.*

Tab. VIII.





vata; scuta occipitalia magna, subsexangula, antice angulis conspicuis, postice subobsoletis, magis rotundatis; squamae nonnullae maiusculae pone scuta occipitalia; scuta nasalia lateralia quinquangula; scuta lorea et scuta ocularia posteriora quadrangula, parva; scuta marginalia labii superioris quadrangula; scutum labiale medium trigonum; scuta labialia accessoria subquingula, tenuia; scuta mentalia anteriora maxima, subquingula, posterioribus subquingulis, postice triangulis, subrotundatis latiora; squamae gulares subsexangulae, breves; scuta gularia postice subangulato-rotundata; scuta marginalia labii inferioris quadrangula; squamae dorsi medii antici imbricatae, tenues, dorsi postici latiores, apice subrotundatae, subquadrangulae, caudae subrotundato-subsexangulae, omnes laeves; truncus subfusiformis; dorsum acuminatum, subcompressum; dentes in maxilla superiore utrinque 24, maximi, approximati, subrecurvati, in palato utrinque 36, minimi, membrana mucilaginosa ad latera tecti, et inde vix conspicui, in maxilla inferiori utrinque 36, suberecti, anteriores posterioribus longiores, haud validi, ad radicem cinereo-coerulescentes, apice albi; cauda continua, apice tenuis; scutum ano impositum, mediocre, subsemilunare; caput supra brunneo-nigricans, antice testaceorufum; squamae testaceo-rufae et nigricantes, interdum colore subcyaneo maculatae; tota pars trunci et caudae inferior testaceo-rufa, maculis nonnullis plerumque lateralibus fusco-nigricantibus, lingua apice nigra. Scuta abdominalia 154, caudalia 107. Longitudo trunci 5' 8" 8"', caudae 2' 2 $\frac{1}{2}$ "', capitis 2"; ambitus occipitis 3", trunci medii 4 $\frac{1}{2}$ "', pone anum 2 $\frac{7}{8}$ "', in medio caudae 2 $\frac{1}{2}$ "', capitis 3 $\frac{1}{2}$ "'; latitudo capitis supra oculos 8"', occipitis 9"'.

Habitat in aquosis fluminis Japura.

#### LA COULEUVRE ARLEQUIN.

*C'est nommée d'après le coloris semblable au vetiment d'un arlequin, vu que l'une des écailles du tronc supérieur est d'un brun rougeâtre, l'autre noirâtre ou violette, etc. Le corps et la queue sont en dessous rougeâtres, aux côtés quelquefois tachetés d'un brun noirâtre. La tête est en dessus d'un brun rougeâtre et sans taches, le front de la même couleur mais plus pâle. La tête est d'une médiocre grandeur, oblongue, presque distincte du tronc, en dessus déprimée, aux côtés aplatie et à son museau un peu obtuse. Les yeux sont grands et les narines en forme d'un coeur renversé. La bouche est très large, fendue, et les dents sont très nombreuses mais fort petites. Les écailles*



du tronc antérieur sont imbriquées, amincies, celles du postérieur plus larges et au bout presque rondes; les écailles qui couvrent le dessus de la queue sont rondes et presque hexagones; toutes les écailles du corps sont lisses. Le dos est élevé par ce que ses côtés sont un peu comprimés. La queue s'amincie en pointe. Plusieurs individus conservés au Musée Royal de Munic, ont les mêmes couleurs. Ce serpent, qui habite les lieux marécageux de la rivière Japura, acquiert une grandeur très considérable et se nourrit de petits quadrupèdes, d'oiseaux et de sauriens. Il paraît d'avoir un peu de ressemblance de l'*Anguis testudineus* seu *Chelydrus americanus* de Seba, qui l'a fait figurer dans le tome second de son *Thesaurus* tab. 40. f. 2., mais les couleurs de celle-ci sont toutes différentes.

SPECIES 9. NATRIX SULPHUREA. TAB. IX.

N. tota virescenti-sulphurea, immaculata; squamis dorsi carinatis, medii laterum lineola vix elevata, nigricante notatis, caudae laevibus.

**D**ESCRIP TIO. Caput crassum, ovato-oblongum, subdistinctum, depressum, ad latera angulatum, apice subtruncatum, supra versus nares subdeclive; oculi maximi; nares permagnae, rostri apicem versus apertae; oris rictus mediocris; maxillae ad latera postice subprotuberantes; scutum rostrale subrotundatum, latum, vix septangulum, infra emarginatum; scuta nasalia intermedia uti et scuta frontalia quinquangula; scutum verticale vix triangulum, antice latissimum, valde angulatum, postice attenuatum, angulo obsolete, rotundato; scuta superciliaria subcordata, angulis subobsolete; scuta occipitalia maiuscula, sexangula; squamae plures maiusculae pone scuta occipitalia; scuta nasalia lateralia longa, quadrangula, a naribus plerumque obtecta; scuta lorea et scuta ocularia anteriora quadrangula; scuta marginalia labii superioris tria anteriora quadrangula, duo sequentia subquinquangula, approximata, tria posteriora maxima, quorum anterius quinquangulum, posteriora duo quadrangula; scutum labiale medium triangulum; scuta labialia accessoria et scuta mentalia anteriora magna, lata, quadrangula; scuta mentalia posteriora subtriangula, postice subrotundata; squamae gulares fere triangulae; scuta gularia postice subangulato-rotundata; scuta marginalia labii inferioris oblonga, tenuia; squamae dorsi anterioris mediocres, imbricatae, carinatae, subtriangulae, dorsi posterioris ejusque laterum subquadrangulae, laterales lineola, vix elevata notatae, caudales quadrangulae, laeves; dentes in maxilla superiore utrinque 8, in palato utrinque 24, magni, recurvati, in ma-



NATRIX sulphurea

*La Couleuvre à couleur de soufre*

Tab IX



1.  
 NATRIX cherséoides.  
*La Couleuvre cherséide.*

2.  
 NATRIX Baliensis.  
*La Couleuvre de Bahie.*

3.  
 NATRIX Almadensis.  
*La Couleuvre d'Almada.*

xilla inferiore utrinque 12; truncus subaequalis; cauda apice obtusiuscula(?), continua; scutum ano impositum magnum, rotundatum; totum animal virescens, pulvere quasi sulphureo obtectum; abdomen pallidius; gula flavicans; squamae trunci superioris margine et medio lineola nigricante; lingua nigra. Scuta abdominalia 208, caudalia 130. Longitudo trunci 6', caudae 2'  $3\frac{3}{4}$ ", capitis 2 $\frac{1}{2}$ "; ambitus occipitis 3 $\frac{1}{4}$ ", trunci medii 5", pone anum 2 $\frac{3}{4}$ ", in medio caudae 1" 8"; latitudo capitis supra oculos 10 $\frac{1}{8}$ ", occipitis 1 $\frac{1}{8}$ ".

Habitat in sylvis ad littora fluminis Japura.

### LA COULEUVRE À COULEUR DE SOUFFRE.

Son corps est d'une belle couleur de soufre, entremêlée de verd; le tronc supérieur a les écailles grandes et marquées dans leur milieu d'une ligne noirâtre et élevée. La gorge est jaunâtre et la partie inférieure du corps et de la queue est un peu plus pâle que le dessus. Cependant quand l'animal est conservé dans l'esprit de vin, la couleur verdâtre se fait plus marquer, que quand il est devenu sec, dans lequel état il est comme poudré de soufre. La tête est robuste, presque ovale, oblongue, déprimée, aplatie sur les côtés, à peine inclinée vers les narines, et presque tronquée à son museau. Le cou n'est guère moins étroit que la tête. Les yeux, ainsi que les narines, sont très grands. La bouche médiocrement fendue a des dents grosses. Les écailles du tronc antérieur sont médiocrement longues, imbriquées, carénées et presque triangulaires, celles du tronc postérieur, ainsi que celles des côtés, presque carrées et marquées d'une petite ligne à peine élevée. La queue a des écailles entièrement lisses et carrées. Ce serpent parvient à la grandeur de plusieurs pieds, et c'est que fait croire qu'il se nourrisse de petits mammifères et d'oiseaux. Il habite les contrées marécageuses et les forêts de la rivière Japura.

### SPECIES 10. NATRIX BAHIENSIS. TAB. X. FIG. 1.

N. glauco-cinereascens; maculis in dorso nigris subrotundis, in linea longitudinali positis, utrinque ad trunci latera minoribus, omnibus albido marginatis; abdomine et cauda subtus albis; stria nigra transversa supra oculos et altera tenuiori supra nares.

DESCRIPTION. Caput obtuso-acutiusculum, subdepressum(?), subdistinctum(?); oculi mediocres, rotundi; scuta nasalia intermedia triangula; scuta frontalia subquin-



quangula; scutum verticale mediocre, quinquangulum; scuta occipitalia maiuscula, subquingula; scuta marginalia labii superioris anteriora sex quadrangula, parva, tria posteriora maiora, quinquangula; oculi mediocres, rotundi; dentes parvi, acuti, aequales; squamae dorsi parvae, laeves, vix imbricatae, quadrangulo-subovatae; squamae ad dorsi latera paululum maiores, subsexangulae; truncus aequalis, teres; cauda continua, apice subacuta; pars capitis, trunci et caudae superior glauco-cinerascens; pars capitis, colli et totius corporis caudaeque inferior alba, immaculata, scuta abdominalia vero maculis ad latera nigris separatis notata; linea transversa nigricans tenuis supra nares, altera latior supra oculos; in occipite macula subrotunda glauco-nigra, in medio macula parva rotunda cinerascente notata; ab occipitis macula campanulaeformi, supra dorsum usque ad caudae finem maculae subellipticae nigrae, distinctae, albicanti marginatae, in cauda minores et versus eius finem cohaerentes; ad trunci latera utrinque series macularum minorum, subrotundarum, dorsali colore; scutum ano impositum integrum. Scuta abdominalia 124, caudalia 105. Longitudo trunci fere 11", caudae 3", capitis 8"; ambitus occipitis ...?, trunci medii 1", pone anum 6", in medio caudae 4", capitis ...?; latitudo capitis supra oculos 2", occipitis ...?.

Habitat in terris provinciae Bahiae.

#### LA COULEUVRE DE BAHIE.

*Ce serpent est petit, mais très agréablement orné. Le tronc est depuis la tête jusqu'à l'origine de la queue d'une égale circonférence et en dessus d'un bleu blanchâtre. On voit sur l'occiput une grande tache noirâtre et presque ronde, qui est dans son milieu grisâtre et attachée en arrière à une autre, qui a la forme d'une cloche. Depuis l'occiput jusqu'à la fin de la queue se trouve une série de taches grandes, noires, bordées d'une couleur blanchâtre, séparées l'une de l'autre et réunies sur la queue. Une seconde série de taches, semblables à celles du dos en couleurs, mais plus petites, embellissent le tronc aux deux côtés. Les plaques abdominales et celles de la queue sont blanches et ont sur chaque côté des taches noires et séparées. Les écailles du tronc sont très petites, lisses, à peine imbriquées et presque carrées. La queue s'amincit en pointe vers son extrémité. Ce serpent se trouve, quoique assez rare, dans les environs de la ville de Bahie. L'individu, qui a servi à la description, a la tête un peu endommagé et à cause de cela je ne puis pas répondre de sa forme.*

## SPECIES 11. NATRIX CHERSEOIDES. TAB. X. FIG. 2.

N. supra olivacea; dorso ejusque lateribus maculis nigricantibus, in dorso interdum cohaerentibus et subdentatis; capite supra lituris figurisque arcuatis notato; abdomine et cauda subtus maculis irregularibus numerosis nigricantibus.

**D**ESCRIP TIO. Caput subdistinctum, ovato - longiusculum, acutiusculum, depressum; nares mediocres, semilunares; oculi mediocres, rotundi; oris rictus mediocris; scutum rostrale quinquangulum; scuta nasalia lateralia maiuscula; scuta lorea quinquangula; scuta nasalia intermedia parva, triangula; scuta frontalia quinquangula; scutum verticale mediocre, quinquangulum, antice medio lineola parva impressa; scuta superciliaria subsexangula; scuta occipitalia magna, antice angulis tribus, postice seu potius ad latera angulis obsoletis, rotundatis; squamae plures mediocres, laeves pone scuta ocularia anteriora et posteriora subquadrangula; scuta temporalia longiuscula vix subsexangula; scuta marginalia labii superioris et inferioris quadrangula, excepto scuto superiore ultimo, cuius angulus posticus subrotundato-acutiusculus; squamae nonnullae minutissimae inter scuta mentalia posteriora; truncus subaequalis; cauda continua, mediocris, apice acuta; squamae imbricatae, ovato quadrangulae, in trunco posteriore et in cauda quinquangulae, omnes carinatae, trunci laterum vero laeves, maiores et apice rotundatae; caput, truncus et cauda supra olivacea; caput lituris et figuris arcuatis obscurioribus; in dorso et ad ejus latera maculae nigricantes, in dorso interdum cohaerentes et subdentatae; labia flavida scutis viridinigricanti marginatis; caput subtus, collum et abdomen flavida; maculae in abdominis parte anteriore media triangulae, posteriore et cauda numerosae, irregulares, transversae, nigrae; dentes parvi, numerosi, aequales, obtusi; scutum ano impositum ab abdominalibus magnitudine haud distinctum, medio fissum. Scuta abdominalia 151, caudalia 58 et 60. Longitudo trunci  $10\frac{3}{4}$ "", capitis 8"", caudae  $3\frac{3}{4}$ "; ambitus occipitis 1" 1"", trunci medii 1" 2"", pone anum 9"", in medio caudae  $8\frac{1}{2}$ ", capitis 1"; latitudo capitis supra oculos 2"", occipitis 4".

Habitat non rara in confinibus urbis Brasiliae principis Rio de Janeiro.

## LA COULEUVRE CHERSÉOIDE.

*Cette Couleuvre ressemble au premier coup d'oeil à une Vipère, à cause de l'aspect de sa tête aussi féroce qu'effrayante, et de son coloris, semblable à celui de la Vi-*

père commune. Sa couleur est olivâtre en dessus du corps; la tête est marquée de diverses lignes et figures arrondies et plus foncées; sur le milieu du dos depuis la nuque jusqu'à l'extrémité de la queue s'étend une série de taches irrégulières et noirâtres, interrompues quelquefois, qui se réunissent en plusieurs endroits les unes aux autres, en formant une bande dentelée en zig-zag. Il y a en outre à chaque côté du tronc une série de taches noirâtres plus petites. Les plaques des lèvres sont bordées d'un noir verdâtre. La tête et le corps en dessous sont jaunâtres. On remarque sur le milieu du ventre antérieur des taches triangulaires et foncées, qui sont irrégulières et nombreuses sur la partie postérieure et sous la queue. La tête est distincte du cou, un peu pointue au museau, déprimée et aplatie aux côtés. Les narines sont presque semicirculaires et médiocrement petites, les yeux ronds, et les écailles du tronc imbriquées, ovale-carrées, mais sur le tronc postérieur et sur la queue pentagones et toutes carénées. Les dents sont d'une égale grosseur, petites, nombreuses et obtuses. Les cinq individus, que j'ai sous mes yeux, et qui ont été rapportés de Rio de Janeiro, ont une longueur égale et les couleurs pas différentes.

SPECIES 12. NATRIX ALMADA. TAB. X. FIG. 3.

N. dorso fusciscentis, lineolis transversis albicantibus, interdum medio interruptis; trunci lateribus nigro maculatis; abdomine albo, fasciis nigris haud raro alternantibus; cauda subtus alba, immaculata.

**D**ESCRIP TIO. Caput ovatum, mediocre, distinctum, supra elevatum, rostrum versus declive, ante oculos vix angulatum, acutiusculum; oculi maiusculi; nares minimae, rotundae; oris rictus mediocris; maxilla superior prominula; scutum rostrale subsexangulum, supra impressum, angulis subobsoletis; scuta nasalia intermedia quadrangula, frontalia quinquangula, medio impressa; scutum verticale magnum, subsexangulum, ad latera submarginatum, antice angulis subobsoletis; scuta superciliaria tenuissima, longiuscula, linearia, recta, quadrangula; scuta occipitalia magna, quinquangula, nonnullae squamae maiusculae quadrangulae pone illa; scuta nasalia lateralia subquadrangula, parva, et sicut scuta lorea quadrangula, valde impressa; scuta ocularia posteriora quadrangula, ad latera protuberantia; scuta marginalia labii superioris anteriora quinque quadrangula, caetera quinquangula; scutum labiale medium triangulum, parvum; scuta labialia accessoria quadrangula; scuta mentalia anteriora et posteriora subquadrangula, posteriora postice subrotundata; scuta marginalia labii inferioris quadrangula; squamae trunci superioris parvae, laeves, sex-

angulae, ad latera vix maiores; truncus subfusiformis; cauda subcontinua, apice acuta; anus  $\frac{3}{4}$ '' latus, scuto rotundato, medio subfisso tectus; dentes minimi, aequales, vix conspicui; capitis pars superior fuscescenti-nigricans; scuta occipitalia intus extusque albicanti-marginata; scutum rostrale, gula, et oculorum margo albida; maxillae superioris et inferioris latera alba, nigro maculata; truncus superior in dorso fuscescens, maculis transversis linearibus seu lineolis albidis, numerosis, a se invicem distantibus, ad latera vero fuscescenti-nigricans, maculis nigris; lineolae dorsi transversae in medio interdum interruptae; abdomen album, fasciis nigris interdum alternantibus; cauda subtus alba, immaculata. Scuta abdominalia 140 et 152, caudalia 90? Longitudo trunci  $5\frac{1}{2}$ '', capitis  $3\frac{1}{2}$ '', caudae  $1'' 4''$ ; ambitus occipitis  $5''$ , trunci medii  $9''$ , pone anum  $3''$ , in medio caudae  $2''$ , capitis  $8''$ ; latitudo capitis supra oculos  $1\frac{1}{4}$ '', occipitis  $2\frac{1}{4}$ ''.

Habitat prope Almada in vicinitate urbis Bahiae.

#### LA COULEUVRE D'ALMADA.

**Truncus** cylindricus, subnudus et squamulis, plerumque mollibus, vix conspicuis ac cūti quasi im- mersis, sulcisque longitudinalibus seu annularibus instructus, in solo genere *Stenostomatis* squamatus; oculi minutissimi et cute communi, crassiore obtecti (excepta specie *Stenostomatis* albifrontis, cuius oculi maiusculi et non obtecti); anus vel transversus vel rotundus, prope finem corporis aut in eius apice; cauda aut brevissima, apice obtusa, (excepta specie *Amphisbaenae oxyurae*), aut omnino nulla.


#### GENUS I. STENOSTOMA.

*Caput* minutum, antice scutatatum; *corpus* totum squamis undique aequalibus tectum; *cauda* teres, brevissima, obtusa, apice aculeo parvo munita; *oris rictus* angustus; *os inferum*; *dentes* (an in omnibus?) nulli; *lingua* longiuscula, bifurca.

#### SPECIES I. STENOSTOMA ALBIFRONS. TAB. XXV. FIG. 3.

*St.* rufo-fuscum, nitidum, squamis albide submarginatis; fronte caudaeque apice albis.

**D**ESCRPTIO. *Caput* parvum, obtusissimum, scutis antice tribus, quorum inter- medium triangulum, duo lateralia subquadrangula in medio transverse fissa; *scuta* ocularia magna, subquinquangula, vix subpunctata; *scuta* superciliaria subquadrangula, longiuscula; *oculi* magni, rotundi, cute non tecti; *nares* rotundae, medio- cres; *dentes* nulli; *oris rictus* parvus, inferus; *corpus* totum aequae ac cauda aequa- le, teres, nitidum, rufo-fuscum, squamis quadrangulo-hexagonis; albide sub- marginatis, subtus pallidius; *frontis* macula alba, quadrangula; *cauda* apice.



1  
AMPHISBAENA oxyura.

2  
AMPHISBAENA vermicularis.

3  
STENOSTOMA albidrons.

*L'Amphibène à queue aiguë.*

*L'Amphibène vermiculaire.*

*Le Stenostome à front blanc.*

Tab. XXV.



alba, aculeata; squamarum series trunci longitudinales quatuordecim. Longitudo corporis 7", caudae  $5\frac{1}{4}$ "; ambitus trunci in medio 6".

Habitat rarum in adjacentibus urbis Para.

### LE STENOSTOME À FRONT BLANC.

*Mr. Schneider et plusieurs autres auteurs appliquoient à notre genre le nom de Typhlops (τυφλος aveugle, ωψ vue), qui signifia chez les Grecs l'orvet. Cependant les yeux assez grands et ouverts de l'espèce, que je vais décrire, obligent de changer ce nom générique. La bouche très peu fendue, propre à toutes les espèces de ce genre, m'a décidé de le nommer Stenostoma. Les autres caractères génériques consistent dans les suivans: le corps et la queue cylindriques, allongés, obtuses, couverts par-tout de petites écailles égales et imbriquées, comme chez les orvets, avec lesquels plusieurs naturalistes les ont réunis, la tête petite, le museau déprimé, un peu avancé ou obtus et garni de plaques, la langue assez longue et fourchue, les yeux presque toujours à peine visibles et au travers de la peau, l'anus presque tout-à-fait à l'extrémité du corps, terminé par un piquant obtus. Les espèces de ce genre se trouvent dans les pays chauds des deux continens. Leur nourriture principale consiste en vers, en chenilles, en mouches et autres insectes. Ils se creusent de trous profonds dans la terre, où ils se cachent pendant la pluie, ou lorsqu'ils sont poursuivis par quelque ennemi. Ils ne sont nullement disposés à mordre. Le Stenostome à front blanc est l'espèce la plus jolie de tous les Stenostomes connus. Tout le corps, excepté le front et le bout de la queue, qui sont blancs, est d'un brun-roux, et d'une égale circonférence depuis la tête jusqu'à l'extrémité de la queue; les écailles égales, médiocres et imbriquées, ont un bord blanchâtre. La queue est terminée par un petit piquant, un peu courbé. Cette espèce habite très rarement les environs de la ville de Para.*

## GENUS II. LEPOSTERNON.

*Caput et sternum scutata; truncus et cauda annulata; oris rictus parvus, rectus; dentes maxillares, palatini nulli; lingua planiuscula, antice incisa; pori ante anum nulli.*

## SPECIES 1. LEPOSTERNON MICROCEPHALUS. TAB. XXVI. FIG. 2.

L. sordide albidum; trunco supra annulato, fusco, punctis elevatis minutis, fuscescentibus, in annulos positus, subtus flavido-albido, sutura intermedia longitudinalis, lineis x-formibus exarata.

**D**ESCRIP TIO. Caput parvum, antice devexum, postice subelevatum; nasus protensus; nares longiusculae, verticales, inferae; maxilla inferior superiore brevior; oris rictus parvus, rectus; dentes haud numerosi, breves, subconici, validi, maxillares tantum; lingua planiuscula, antice incisa; oculi cute crassiore tecti, minui, inter se valde remoti; maxillae prominulae; collum subtus plicis transversis rugosum; scuta in capite supra subconvexa, angulis obsoletis; scutum verticale subrotundum, subseptangulum; scuta ocularia subquadrangula; scutum marginale labii inferioris utrinque unicum, maximum, subtriangulum; scutum mentale unicum, longiusculum, subcordatum, angulis obsoletis; scutum parvum, subovatum utrinque infra scutum marginale labii inferioris; scuta marginalia labii superioris tria quadrangula; sternum scutis sex longiusculis obtectum, scutis quadrangulis nonnullis parvis infra et juxta adnexis; sternum et tota pars corporis inferior laevis; in spina dorsi ab occipite usque ad caudae finem linea longitudinalis, flavido-albida, recta, lineis x-formibus exarata, alia talis in abdomine et utrinque ad latera; tota pars superior trunci et caudae sordide albida, punctis minutis, subquadratis, annulatum positus, numerosissimis, subelevatis, fuscescentibus obtecta, inferior flavido-albida; cauda brevissima, obtusissima; lineae longitudinales in trunco inferiore et cauda, quadrata formantes, antice subobsoletae, postice magis conspicuae; anus transversus, latus; scutum ano impositum sexstriatum, subsemilunare, poris nullis; annuli trunci inferioris postice a sterno usque ad anum 215, caudae 13. Longitudo corporis  $1\frac{1}{4}$ " , caudae 11" ; ambitus trunci aequalis in medio 2" , caudae 1" , 9" .

Habitat prope urbem Rio de Janeiro, in viis apertis, prope celeb. Langsdorffii Mandioccam, post pluvias reperiendum; vitae ratio quae Amphisbaenarum.

## LE LEPOSTERNON À TÊTE PETITE.

*P*armi les genres de cette famille de serpens qui étoient décrits jusqu'à présent, il n'y avoit pas un seul, dont le sternum fût couvert de plaques, comme dans le nouveau genre de *Leposternon*, qui ne renferme encore que la seule espèce, que je vais décrire à présent. Au premier coup-d'oeil je pris cet animal curieux pour une *Amphisbène*, par ce que son corps est à peu près de la même forme, mais l'examen que j'en ai fait, m'a convaincu aussitôt, que cet animal doit former un genre particulier, très voisin des *Amphisbènes*. Cet oplidien a le corps entièrement cylindrique, entouré en dessus de points élevés, et lis en dessous. Une ligne longitudinale fine et croisée s'étend depuis l'occiput jusqu'au bout de la queue; une autre ligne longitudinale se fait remarquer sur chaque côté du tronc et sous le ventre. La tête est assez petite, inclinée vers le museau, et convexe sur le crâne; ses plaques sont d'une médiocre grandeur, convexes, et ont leurs angles presque effacés. La mâchoire supérieure est proéminente, presque aigue et a les narines oblongues et verticales placées en dessous. La mâchoire inférieure est plus courte que la supérieure, la gueule peu large et droitement fendue; les dents sont peu nombreuses, courtes, fortes, presque coniques, aux mâchoires seulement et non au palais, les yeux à peine visibles; la langue est assez large et en devant fourchue. Le cou a en dessus une rangée de plis disposés à travers. On remarque sur le sternum six plaques qui sont très lisses, oblongues et bordées sur chaque côté de plusieurs plaques très petites et carrées. L'anus est simple, transversal et pas munie en devant d'une rangée de pores, mais la plaque, qui le couvre, a six stries longitudinales. Je ne puis répondre de l'individu, qui m'a servi à faire cette description, s'il a été décoloré; il est en dessus d'un blanc jaunâtre sale, et les points, qui s'y trouvent, sont brunâtres; toute la partie inférieure du corps est d'un blanc jaunâtre. J'ai compté deux cent et quinze anneaux autour du corps, et treize autour de la queue, qui est très courte et très obtuse. Mr. de Spix a trouvé le seul individu de cette espèce pas loin de Rio de Janeiro dans les environs du village *Mandiocca*, appartenant au célèbre naturaliste G. de *Langsdorff*, près de la montagne *dos Orgãos*, sur un grand chemin bordé d'arbres, d'après une pluie tombée. Cet animal est lent dans ses mouvemens et paroît d'avoir les moeurs des *amphisbènes*, mais on ne sait pas encore s'il est ovipare comme celles-ci.



## GENUS III. AMPHISBAENA.

*Truncus et cauda annulata, reticulis impressis quadrangularibus oblecta; caput scutum; dentes maxillares, palatini nulli; lingua brevis, planiuscula, antice incisa; pori subelevati ante anum transversum.*

## SPECIES I. AMPHISBAENA OXYURA. TAB. XXV. FIG. 1.

A. tota fusca; cauda apice acutiuscula.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Caput parvum, acutum, postice subtorosum; oculi vix conspicui; nares maiusculae, rotundae; oris rictus subamplus; dentes maxillares validi, numerosi; scutum rostrale quadrangulum; scutum verticale maximum, laevissimum, subcordatum, postice emarginatum, scutum unicum in toto vertice; scuta marginalia labii superioris tria, quorum duo antica quadrangula, posticum parvum, triangulum; scutum oculare parvum, triangulum; scutum labiale medium subquadrangulum, utrinque ad latera emarginatum; occiput squamis maiusculis, quadrangulis, laevissimis oblectum; truncus aequalis, teres; sutura longitudinalis supra ab occipite usque ad ani originem prolongata, in dorso et ad latera lineolis x-formibus constans; totum corpus fuscum; cauda apice acutiuscula; anus transversus scuto subsemilunari, quadristriato, verrucis supra 8 munito, tectus. Longitudo trunci  $5\frac{1}{2}$ " caudae 9"; ambitus trunci in medio 8".

Habitat rarus prope urbem principem Rio de Janeiro.

## L AMPHISBÈNE À QUEUE AIGUE.

*Les anciens nommoient les espèces de ce genre, Amphisbaena (d'ἀμφί et βαίνει, marchants en deux sens), par ce qu'ils les croyoient avoir deux têtes; les Français les nomment double-marcheurs, par ce que leur corps cylindrique est muni d'une tête et d'une queue de si égale grosseur, qu'on ne peut aisément distinguer l'une de l'autre; par ce même motif les Brésiliens portugais les appellent Cobra a duas cabeças, c'est à dire: serpent à deux têtes. Plusieurs voyageurs affirment qu'ils peuvent aussi ramper pendant quelques instans sur le dos et les côtés; ce qui me paraît peu vraisemblable. Mais c'est vrai, qu'ils rampent très lentement, et que leurs*

mouvemens aient beaucoup de rapport aux celles des vers de terre, et qu'ils se créussent de même que ceux-ci des trous en terre, où ils se cachent pendant la pluie, ou quand ils sont poursuivis. Les Brésiliens portugais les redoutent, en les croyants vénimeux, quoique à tort. On les trouve assez fréquemment par tout le Brésil, aux lieux ouverts de forêts, et même sur les grands chemins, principalement après une pluie tombée. Le beau récit de leur histoire, que nous a donné le bien mérité Daudin dans son *Histoire des Reptiles* T. VII. p. 393, ne nous laisse rien adjoindre de nouveau. — Les trois espèces qu'on connoissoit jusqu'à présent, ont une queue courte et très obtuse, celle-ci au contraire l'a même assez longue et s'amincisseante en pointe vers son bout, et c'est par cela que cette espèce se fait bien distinguer de toutes les autres de ce genre. Son corps est entièrement brun. L'amphisbène à queue aigue se rencontre dans les environs marécageux de la ville de Rio de Janeiro.

SPECIES 2. AMPHISBAENA VERMICULARIS. TAB. XXV. FIG. 2.

A. vermicularis, supra rufescenti-fuscescens, subtus subochraceo-albida.

DESCRIPTION. Caput parvum, acutiusculum; occiput supra subcanaliculatum; oculi vix conspicui; nares mediocres, subrotundae; oris rictus mediocris; dentes maxillares numerosi, validi; lingua planiuscula flavicans, antice incisa; scutum rostrale maiusculum, triangulum; scuta nasalia magna, quadrangula; scuta nasalia intermedia irregulariter quadrangula; scuta verticalia duo, subsexangula; scuta marginalia labii superioris tria, quorum primum anticum quadrangulum, postica duo quinquangula; scutum labiale medium subrotundum, angulis obsoletis; scuta marginalia labii inferioris tria, subirrégularia; totum corpus aequale, subtus lineis impressis longitudinalibus, subtilissimis; reticula impressa quadrangularia trunci superioris minima, elevata, nitida; scutum ano impositum lineis quatuor longitudinalibus, verrucisque quatuor ochraceis notatum; corpus supra fuscescens, subtus subochraceo-albidum, undique subnitidum; annuli trunci 228, caudae 26. Longitudo corporis 8'', caudae  $1\frac{1}{4}$ ''; ambitus trunci in medio 11''.

Habitat in provincia Bahiae.

## L AMPHISBÈNE VERMICULAIRE.

On ne doit pas prendre cette espèce pour une jeune *Amphisbène blanchet* car elle s'en distingue suffisamment par sa forme vermiculaire en général, par la couleur, qui est en dessus du corps brunâtre et d'un blanc jaunâtre en dessous, par la forme des plaques de la tête petite et au museau presque pointue, par l'occiput un peu canaliculé, par les lignes fines et longitudinales sur la partie inférieure du corps, et par le plus petit nombre de pores en devant de la plaque de l'anus, marquée de quatre lignes longitudinales et imprimées. On trouve cet ophidien aux environs de la ville de Bahia.

## GENUS IV. CAECILIA.


*Corpus nudum ad latera caudamque rugosum, aut annulatum; lingua planiuscula; dentes maxillares et palatini; cauda obtusissima vix ulla aut omnino nulla; orificium ani rotundum.*

## SPECIES 1. CAECILIA ANNULATA. TAB. XXVI. FIG. 1.

C. olivaceo-virescens; trunco aequali annulis valde impressis, dilutioribus 201 et 210.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Caput subdepressum, apice obtuso-acutiusculum, laevissimum; maxilla superior inferiore longior; oculi minutissimi, fusciscentes; nares rotundae, parvae, absque tentaculis; oris rictus subamplus; lingua planiuscula, adnata; dentes palatini maxillaribus acutis, retrorsum versis, minores; totus truncus laevissimus, mucore quasi subgelatinoso olivaceo-virescente obtectus; caudae vestigium vix ullum; orificium ani subrotundum, rugosum, flavicanti-albidum; trunci extremitas subdepressa, obtusa, capite crassior, annulis magis impressis; trunci annuli valde impressi, albicantes, 201 et 210. Longitudo corporis  $1\frac{1}{2}$ '; ambitus trunci in medio 2''.

Habitat numerosa in provincia Bahiae, in paludum vicinitate, plures pedes sub terra latens.



CAECILLA annulata.

*La Cécilie annulée.*

LEPOSTERNON Microcephalus.

*Le Leposternon à tête petite.*

Tab. XXVI.



## LA CÉCILIE ANNELÉE.

*Au genre de Cécilie, ainsi nommée parce que les yeux extraordinairement petits sont presque parfaitement cachés sous la peau, convient la place dernière dans la famille des Ophidiens. Ils s'approchent déjà, relativement à leur forme extérieure, des vers. À la manière des lombrics ils se créusent des trous dans la terre, dans lesquels ils se cachent quand il fait bien chaud. On les rencontre au contraire après une pluie tombée, et principalement où il y a des lacs. Ils rampent lentement, mangent des petits insectes et des vers, et ont à peu près les mêmes habitudes que les Amphisbènes. Nous avons déjà indiqué les caractères de ce genre dans le texte précédent, et nous nous contentons de décrire la nouvelle espèce, la Cécilie annelée, que vit fréquemment aux environs de la ville de Bahia, et même à la rivière des Amazones, aux lieux marécageux. Sa tête est un peu déprimée, très lisse et au museau presque aigue. La mâchoire supérieure est plus longue que l'inférieure. Les narines sont petites et n'ont pas des tentacules ou des barbillons. On remarque à peine les yeux. Tout le corps est très lis, et sa peau est enduite d'une humeur presque gélatineuse et olivacée. La queue presque nulle; l'anus presque rond, ayant ses bords rayonnés. Le corps est d'une presque égale circonférence depuis la tête jusqu'à son extrémité, avec deux cent et dix anneaux très enfoncés et plus pâles. J'examinai un individu de cette espèce, qui étoit plus foncé, et qui avoit seulement quatre-vingt-douze anneaux.*

---





ANIMALIA NOVA  
SIVE  
SPECIES NOVAE  
**TESTUDINUM ET RANARUM,**

QUAS

IN ITINERE PER BRASILIAM ANNIS MDCCCXVII — MDCCCXX

JUSSU ET AUSPICIS

**MAXIMILIANI JOSEPHI I.**

**BAVARIAE REGIS**

SUSCEPTO

COLLEGIT ET DESCRIPSIT

*Dr. J. B. DE SPIX,*

*Ordinis Regii Coronae civilis Bavaricae Eques, Academiae scientiarum Bavaricae Socius  
ordinarius, Musei Regii zoologici, zootomici et ethnographici Conservator, Aca-  
demiae Naturae curiosorum, Societatis literariae Edinburgensis, Mosco-  
viensis etc. Sodalis.*

---

MONACHII

TYPIS FRANC. SERAPH. HÜBSCHMANNI.

MDCCCXXIV.



## FAUTORES,

qui huic operi nomina inscribenda dederunt.

	<u>Numerus exemplarium.</u>
MAXIMILIANUS JOSEPHUS I., Rex Bavariae	2
CAROLINA FRIDERICA GUILIELMA, Bavariae Regina	1
GUILIELMUS, Dux Bavariae	1
MARIA AMALIA, Dux Bipontina, Comes Palatina	1
* * *	
ALEXIUS FRIDERICUS CHRIST., Dux Anhaltino-Bernburgensis	1
FRANCISCUS I., Austriae Imperator	1
CAROLINA AUGUSTA, Austriae Imperatrix	2
ANTONIUS VICTOR JOS. JOH. RAYM., Archidux Austriae, cur. Schaumburg.	1
FERDINANDUS, Archidux Austriae, Magnus Dux Etruriae, cur. Artaria et Font. et Schaumburg.	2
MARIA LUDOVICA, Archidux Austriae, Dux Parmensis	1
LUDOVICUS, Magnus Dux Badensis	1
GUILIELMUS I., Rex Belgii	2
FRIDERICUS GUILIELMUS III., Rex Borussiae	1
LUDOVICUS, Magnus Dux Hasso-Darmstadtensis	1
FRIDERICUS FERDINANDUS, Dux Anhalt-Göthensis cur. Hartmann Bibl. Lips.	1
PAULUS ALEXANDER LEOPOLDUS, Princeps Lippe-Detmoldensis	1
FRANCISCUS, Princeps Regius Neapolitanus	1
MARIA ISABELLA, Princeps Regia Neapolitana, Dux Calabriae	1
HENRICUS LXXII., Princeps Reuss-Ebersdorf-Geraensis	1
ALEXANDER I., Russiae Imperator	1
CAROLUS FELIX JOSEPHUS, Rex Sardiniae	1
FRIDERICUS AUGUSTUS I., Rex Saxoniae	1
CAROLUS AUGUSTUS, Magnus Dux Saxo-Vimariensis, cur. Art. et Fontaine	1
GUILIELMUS I., Rex Würtembergiae	1
* * *	
PROSPER LUDOVICUS, Dux Arembergensis	1
CAROLUS Egon, Princeps Fürstenbergensis, cur. Art. et Fontaine	1
ALEXANDER, Princeps de Galitzin, in Russ. Imp. cultus et crud. publ. Minister	10
CAROLUS FRIDERICUS GUILIELMUS, Princeps Leiningensis	1

	Numerus exemplarium.
<b>EUGENIUS, Dux Leuchtenbergensis, Princeps Eichstädtensis</b>	3
<b>CAROLUS PHILIPPUS DE WREDE, Princeps Ellingensis</b>	1
<b>Bibliotheca Regia Berolinensis, cur. Sander Bibl. Berol.</b>	1
"    " <b>Bonnensis, cur. Weber</b>	1
"    " <b>Dresdensis, cur. Artaria et Fontaine</b>	1
"    " <b>Herbipolitana</b>	1
" <b>Tribunalis Reg. rerum metallurgic. Monacensis</b>	1
" <b>Imp. horti botan. Petropolitani</b>	1
"    " <b>Reg. Musei hist. natur. Vindobonensis, cur. Häubner</b>	1
<b>L. B. de ASBEK, Praefectus Reg. Herbipoli</b>	1
<b>Comes de BRAY, Regis Bavar. ad Reg. Christian. Legatus, Societ. Reg. bot. Ratisb. Praeses.</b>	1
<b>CAMPE, Consul Reg. Bavar. Lipsiae</b>	1
<b>JOSEPHUS, Comes de ESTERHAZY, cur. Schaumburg</b>	1
<b>FRIDER. FLEISCHER, Bibliopola Lipsiensis</b>	20
<b>HOFFMANN et CAMPE, Bibliopolae Hamburgenses</b>	6
<b>Comes de LUXENBURG, Regis Bavar. ad Reg. Saxon. Legatus</b>	1
<b>S. et J. LUCHTMANS, Bibliopolae Lugdunenses</b>	3
<b>J. MÜLLER, Bibl. Amstelodamensis</b>	5
<b>L. B. de OLENIN, Russ. Imperat. a Consiliis secret., Praeses. Acad. art. Petropol.</b>	2
<b>PERTHES et BESSER, Bibliopolae Hamburgenses</b>	12
<b>P. J. SCHALBACHER, Bibliopola Vindobonensis</b>	10
<b>C. SCHAUMBURG, Bibliopola Vindobonensis</b>	6
<b>L. B. de SCHMERFELD, Minister Electoralis Hasso-Casselanus, cur. Artaria et Fontaine</b>	1
<b>GASPARUS, Comes de STERNBERG, Pragae</b>	1


---

## E R R A T A.

---

Pag.	1.	linea	7.	a. Colub. lége b. Colub.
—	2.	—	20.	de l. des.
—	9.	—	20.	examinoi l. examinois.
—	11.	—	6.	qu'il l. qu'elle.
—	„	—	10.	en cela l. par cela.
—	„	—	24.	en pointe l. en pointe obtuse.
—	„	—	26.	plusieures l. plusieurs.
—	14.	Nat.	Chiameta et Col. miliaris. <i>L.</i>	
—	20.	linea	3.	il l. elle.
—	21.	—	15.	q'une l. qu'une.
—	„	—	16.	bont rameuses l. bôut rameux.
—	22.	—	25.	la notre l. notre.
—	24.	—	18.	dessus l. dessous.
—	25.	—	32.	large, l. largément.
—	26.	—	8.	de l'Anguis l. avec l'Anguis.
—	„	—	10.	de celle-ci l. en.
—	27.	Nat.	bahiens. et Col. Hippocrepis. <i>L.</i>	
—	33.	Nat.	semilineat. et Col. Reginae. <i>L.</i>	
—	34.	—	32.	rare l. rarement.
—	37.	—	23.	q'une l. qu'une.
—	40.	—	12.	nulla l. nulla (?).
—	41.	—	25.	Constrictor l. murina.
—	47.	—	7.	Gen. XIII. l. Gen. XV.
—	50.	—	1.	Gen. XXVI. l. XXIV.
—	54.	—	2.	part. supérieur l. part. supérieure.
—	„	—	—	Both. tessellat. et Col. atrox. <i>L.</i>
—	„	—	25.	circa l. circiter.
—	60.	—	22.	Gen. XXVII. l. Gen. XXV.
—	67.	—	23.	employée l. employés.
—	„	—	10.	a seulement l. est seulement.
—	73.	—	1.	aux l. à.

---



EMYS

Amazonica

*La grande Tortue de la rivière des Amazones*

Tab. I.

# A M P H I B I A.

## Ordo III. Testudines.

Animal testa immobili, cum costis connata obtectum, tetrapodum, caudatum, repens vel natans, animalculis, herbis vel fructibus victitans, mas pene simplici instructus feminam insidendo fecundans, foemina ova numerosa subrotunda membranacea in fossa arenosa ad maris, fluvii vel lacus ripam excavata deponens, non incubans; tympano aurium extus conspicuo; maxillis corneis edentatis pyxidum instar se claudentibus; digitis unguiculatis; ventriculo cordis simplici biauriculato; pulmonibus persistentibus, metamorphosi, uti in ranis, non subjectis.

### GENUS I. E M Y S.

*Fluviatilis vel lacustris testa convexo-depressa, oblonga; palmis pentadactylis, plantis tetradactylis, utrisque depressis; digitis elongatis semipalmatis vel palmatis, acute unguiculatis; sterno immobili.*

SPECIES I. **EMYS AMAZONICA.** TAB. I. adulta. TAB. II. FIG. 1. 2. pul-  
lus. FIG. 3. ovum.

Maxima, magnitudine Chelonis Mydae, brunneo nigricans vel grisea, subtus flavescens; capite squamoso, depresso, antice compresso, brevi, vix adunco, supra inter oculos approximatos sulcato, postice largissimo; scutello verticali triangulo postice elongato; gula unicirrhosa; testa ovata, immarginata, postice dilatata, planiuscula; scutello dorsi marginali antico intermedio nullo; bractea pectoris versus caudam bifurcati pentagona, pone acuminata; pedibus squamatis, large palmatis, squamis latis aliisque linearibus transversis.



**D**ESCRIPITIO. Caput in embryonibus flavum, in vertice nigro-bipunctatum, in adultis fusco-flavicans, pyramidale, postice largissimum, membrana colli obvolutum, antice compressum, breve, acutum, supra inter oculos approximatos sulcatum, squamis papyraceis quatuor munitum, quarum verticalis unica, subhexagonali-trigona, oblonga, antice larga, postice angustior; nares membranaceae, rotundae, vix separatae, subsuperae; maxilla superior et inferior corneae, obliquae, apice vix aduncae, flavescens, cirrho in gula unico; collum subcrassum, rugosum, breve, flavescens, occiput involvens. Testa maxima, magis ovata, convexo-depressa, in medio adultorum dorso planiuscula, antice subangusta, vix emarginata, vel immarginato-truncata, postice largissima margine planiore, in junioribus flavo-virescens dorso convexiore subangulato, in adultioribus brunneo nigra sive grisea, subtus flavescens dorso planiore; scuta disci in junioribus punctulato-rugosa, in adultioribus undulato-stri-



gilata, in medio dorso tuberoso-elevata, in adultis glabra, nigro-grisea, in medio dorso planiuscula; scuta disci spinalia 5, quorum primum declive, subquadratum, antice largiusculum, subsinuoso-, medio subacuminato-marginatum, secundum et tertium quadrilateralia, longa, pone subcoarctata, quartum subtriangulum vel subcordiforme, pone subacutum, quintum hexagonum, subrotundum, convexum, antice subacutum, medio impressum; scuta disci lateralia 4, versus dorsum medium planiuscula, versus marginem testae oblique descendente, subrectangula, quorum primum trapezoideum, largum, extrorsum angulato-rotundatum, introrsum acutiusculum, secundum et tertium rectangula, subconvexa, supra et infra subangulato-marginata, quartum subrectangulum, subhexagonum, supra subcoarctatum; scuta marginalia 24, intermedio antico impari deficiente, nullibi revoluta, quorum anteriora trapezoidea subhorizontalia, media rectangula, longa, descendente, posteriora pentagona, latiora, planiora, medio fere plana, subconcava, immarginata, postica gemina, subquadrata. Pectus flavescens glabrum, oblongum, planiusculum, medio subelevatum, antice rotundatum, testam fere superans, postice aequè largum, ad latera emarginatum, apice medio excavatum, angulato-bifurcatum, testam non adacquans; bractee pectoris 13, quarum anterior intermedia unica, pentagona, pone maxime acuminata, antice rotundato marginata, laterales brevissimae, triangulae, intus acutae, subsequentes aequè triangulae maiores, reliquae quadratae, praecipue media maior, postrema trapezoidea, medio subacute excavata, bifurcata. Pedes virescentes, depressi, squamosi, squamis latis nigris, aliisque linearibus transversis hispidi; membrana palmaris usque ad unguium apicem excurrens; ungues depressi, flavi, apice obtusiores; cauda uno pollice extra testam exserta, ad basin maxime crassa, post anum testam fere exsuperantem angustior, ad latera squamis linearibus transversis hispida. Longitudo corporis a rostro usque ad apicem caudae  $3^{\circ} 9'$ , capitis  $6\frac{1}{4}'$ , testae  $2^{\circ} 7'$ , pectoris  $2^{\circ} 2\frac{1}{8}'$ ; latitudo occipitis  $6'$ , testae  $1^{\circ} 7\frac{1}{2}'$ , altitudo testae  $10'$ .

Habitat in fluvio Solimoens et confluentibus Javary, Rio Branco, gramine fructibusque victitans, Novembre insulas arenosas gregarie investigans, ova 130 in fossa arenosa tripedali deponens, depositisque arenam pectore conculcans, pullus post duas hebdomades ex arena egressus cicatrice umbilicali adhucdum (Tab. 2. fig. 3.) instructus, testudo adulta ab onçis, avibus Tujuju, Jabiru Indiisque infestata, nutrimento inserviens oleumque ex ovis destillandum suppeditans, ab incolis Tartaruga Grande nominata.





4. *EMYS viridis*.

3. *OVUM Em. Amaz.*

1. *EMYS Amaz. juv.*

*La Tortue verte d'eau douce. L'œuf d'1 gr. 5.*

*Le juvenc d'1 grande T. d. 1. riv. des Amaz.*

SPECIES 2. **EMYS VIRIDIS.** TAB. II. FIG. 3. TAB. III. FIG. 1.

Mediocris, supra olivaceo virescens, subtus viridi flavicans, testa elliptica, subaequali; scutello dorsi intermedio antico impari sublineari, rectangulo, pectoris impari cordiformi, largissimo; pectore oblongo, antice largiusculo, truncate marginato, postice angustiore, bifurcato.

**D**ESCRIPITIO. Testa elliptica subaequalis olivaceo virescens, versus marginem maculis vel lineis fusco-brunneis variegata, depresso-convexa, antice subdeclivis, rotundato-marginata, medio subcoarctata margine subreflexo, postice suboblique descendens, subelevata, subacuta scutis marginalibus longioribus planioribus extus emarginatis, in medio dorso convexo-planiuscula; scuta papyracea testae adnata laevia, spinalia 5, quorum anticum largius, cordiforme, heptagonum, apice largiusculum, bisinuoso-marginatum, postice subbifurcate marginatum, medio subtuberosum, secundum subrectangulum, oblongum, sinuose marginatum, tertium subrectangulum, oblongum, sinuose marginatum, praecipue postice angulatum, medio nodosum, quartum oblongum, apice largiusculum, bifurcatum, medio nodosum, quintum triangularem-rotundatum, antice angustius, supra convexo-tuberosum, lateraliter compressum; lateralia disci utrinque 4, quorum anticum largum, intus tenuius, aequae, ac postremum, trapezoidum, subhexagonaliter marginatum, media rectangula, longa; marginalia 25, supra olivacea, brunneo-fusco strigilata vel maculata, subtus flava, fusco-strigilata, quorum anticum intermedium impar lineare, rectangulum, secundum subrectangulum, tertium pentagonum, intus acute angulatum, quintum medio impressum, media rectangula, breviora margine sursum subreflexo, posteriora rectangula subquadrata, largiora, subconcava, extus planiuscula, subangulate marginata, postremum geminum, ad latera compressum, supra tuberoso descendens, apice angulate fissum. Pectus virescenti-flavum, obsolete fusco nubilatum, oblongum, antice largius, truncate marginatum, testam subaequans, postice ad latera angulate marginatum, apice angulate bifurcatum, testam fere adaequans; bracteae 13, subcrenulatae, testae adnatae, quarum prima antica intermedia impar magna, cordiformis, pentagona, antice larga, rotundata, postice acuminata, laterales breves sinuoso-triangularae, intus acuminatae, tertia trapezoidea, intus subangustior, quarta subtenuis, rectangula, quinta rectangula maior, sexta trapezoidea, magna, infra sinuose, extus angulate marginata, septima obliqua, quadrangula, medio excavata, extus bifurcata. Cauda testam parum exsuperans. Longitudo testae  $8\frac{1}{2}'$ , pectoris  $7\frac{3}{4}'$ ; latitudo testae  $6\frac{1}{4}'$ ; altitudo testae  $3'$ .

Habitat in aquis lacustribus fluminis Carinhanae, confluentis Sti Francisci.

SPECIES 3. *EMYS DEPRESSA*. TAB. III. FIG. 2. 3.


Exigua, rufescente nigricans, capite non squamis sed membrana tecto; collo cirrhoso, exserto; testa elliptica, postice gibbosa, acute, ad femora angulate marginata, supra dorsum subsulcata; scutis dorsii reticulatis, medio nodosis, antico spinali maximo; bractea marginali pectoris impari pentagona, longa; pectore postice subbifurcato; cauda brevissima, vix exserta.

**D**ESCRIPITIO. Caput oblongum, depressum, membranaceum, supra brunnescenti nigricans, subtus flavo-rufescens, gula non cirrhosa; collum tenue, exsertum, fuscum. Testa rufo-nigra, elliptica, depresso convexa, versus femora extus subangulata et pone sinuata, apice, medio et postice tenuior, postice gibbosa, acuta, antice rotundato-marginata, supra in medio dorso planiuscula, subsulcata; scuta in junioribus brunnescentia, reticulata, medio nodosa, subaspera striis in tuberculum medium convergentibus, in adultis nigricantia, obsolete striata, spinalia disci 5, quorum anterius maximum, octogonum, medio nodosum, postice angustius et oblique ascendens, secundum et tertium subhexagona, medio planiuscula, subsulcata, quartum hexagonum, conchiforme, minus, lateralia disci utrinque 4, oblique versa, quorum anterius trapezoideum, largum, intus angustatum, secundum, tertium et quartum rectangula, vel pentagona, marginalia disci minora, quadrangula, longa, 25, quorum anticum impar subpentagonum, apice largiusculum rotundato-marginatum, subsequencia subrectangula, subplana, media compressa margine sursum subreflexo, versus femora subdilatata, versus caudam acuta, angulata, posticum geminum convexo-elevatum, lateraliter subcompressum, extus sinuoso-marginatum, subtus concavum. Pectus nigro-rufescens, oblongum, planum, extus sinuato-marginatum, apice largiusculum, rotundato-marginatum, testae adpressum, postice angustius, subbifurcatum, depressum, testam subattingens; bracteae 13, subsulcatae, quarum antica impar pentagona, conica, postice angustior, antice dilatata, laterales triangulae, breves, tertia irregulari-rhomboida, intus subelevata, quarta rectangula, oblonga, subtenuis, penultima quadrata, maxima, postrema excavata, acute angulata. Pedes nigricantes, subsquamosi, semipalmati; ungues breves, fusci; cauda brevissima subrugosa, testam vix excedens, infra anum tenuis, medio sulcata. An eadem cum Emyde depressa Merremii et radiolata Mikanii?


Longitudo corporis 7', capitis  $\frac{3}{4}'$ , colli  $1\frac{1}{4}'$ , testae  $5\frac{3}{4}'$ , pectoris  $5\frac{1}{4}'$ , caudae  $\frac{1}{4}'$ ; latitudo testae  $2\frac{3}{4}'$ ; altitudo testae  $2\frac{1}{4}'$ .

Habitat in aquis paludosis provinciarum Rio de Janeiro et fluminis Sti Francis ci.





2



1




2

1.  
**EMYS** *viridis*.

*La Tortue à couleur de porphyre.*

2.  
**EMYS** *depressa*.

*La Tortue à dos peu sillonné.*



EMYS macrocephala.  
*La Tortue à grosse tête.*

Tab. IV.



SPECIES 4. **EMYS MACROCEPHALA.** TAB. IV.

Grandis, supra nigerrima, subtus nigro-rufescens; capite crassissimo, convexo, supra nasum non sulcato; collo exserto, minus crasso; testa cylindrico-ovata, maiore quam in Emyde Tragaxa, antice angustiore, minus emarginata magisque elevato-convexa; scutis dorsi laevibus, non striatis, nigerrimis, minus sinuose emarginatis, posticis marginalibus geminis; bractea pectoris antice impari pentagona, apice largiore, rectangula; pectore postice testam non attingente; unguibus depressis, validis, nigris.

**D**ESCRPTIO. Caput crassissimum, postice convexum, dilatatum, sexscutellatum, apice tenue, breve, maxillis aduncis flavo-corneis, superiore emarginata, brevior, quam inferiore, supra scutis quatuor nigris, nasali planiore, apice convexo, postice concavo, elato, verticali intermedio unico, elongato, subrectangulo, antice angustiore, postice rotundato-marginato, laterali utrinque superiore subconvexo, longo, subpentagono, postice largiore, inferiore sinuose elongato tympano largo; collum mediocre, subcrassum, laeviusculum, exsertum. Testa nigra, ovata, cylindrica, elevata, in medio dorso planiuscula, ad marginem externum medium rotundata, versus collum minus elevata, convexo-planiuscula, obliqua margine antico subsinuato, versus pedes posteriores extus dilatator, planior, postice supra gibbose declivis et ad latera subcompressa, margine laterali et postico planiusculo, ovato, subemarginato; scuta dorsalia laevia, non striata, nigerrima, testae quasi adnata, media sive spinalia subconvexa, quorum primum quadratum, antice vix largiusculum, margine antico medio obtuse angulato, secundum hexagonum, planiusculum, lateraliter subalatum, tertium subquadrato-hexagonum, subconvexum marginibus obsolete sinuatis, quartum oblongum, heptagonum, subcordiforme, postice angustius, ad marginem anticum bisinuatum, quintum subgibbum, subrotundatum, praecedente latius, devexum; scuta lateralia utrinque quatuor, quorum primum trapezoideum, latissimum, versus dorsum angustius, acute angulatum, antice angulato-rotundatum, secundum et tertium subpentagona vel subrectangula, longissima, quartum maius, irregulariter pentagonum, postice excavato-marginatum; scuta marginalia 24, quorum anteriora angustiora, oblonga, antica intermedia gemina, minora, subquadrata, lateralia sive media cataphracta, angusta, margine subrotundato, vix sursum reflexo, postica larga, quadrata, subconcava, penultimum pentagonum, apice acutum, postreimum geminum, subminutum quadratum marginibus sinuosis, extrorsum subconcavum, medio convexum.

Pectus ferrugineo-fuscum, planiusculum, lobo anteriore largiore, subrotundato-marginato, posteriore rectangulo, subangustiore, postice medio excava-


to, obtuse angulato et bifurcato, testam non attingente, ad locum conjunctionis pectoris cum testa vix, et in mare solum convexo-elevatum; bracteae tredecim, vix striatae, quarum antica impar subtenuis, minima, pentagona, apice larga, rectangula, postice acuminata, laterales triquetrae, minores, tertia utrinque irregulariter rhomboidea, introrsum tenuior, minor quam in Emyde Tragaxa, quarta subquadrata, maior, quinta et sexta quadratae, maximae, sexta apice medio obtuse bifurcata; pedes depressi, palmati, intus ad latera squamis transversis linearibus, extus squamis latis hispidi; ungues planiores, apice triquetri, validi, nigri; cauda brevis, testam parum exsuperans. Longitudo corporis  $2^{\circ} 1'$ , capitis  $5'$  testae  $1^{\circ} 5\frac{1}{2}'$ , caudae  $3'$ , sterni  $1^{\circ} 2\frac{3}{4}'$ ; latitudo occipitis  $4'$ ; testae  $1^{\circ} 1\frac{1}{2}'$ ; altitudo testae  $6\frac{3}{4}'$ .

Habitat solitaria et rarissima, ab incolis Cabeçudo dicta prope pagum Airon ad ripam fluminis Yau, confluentis Rio Negro. Specimina tria seccata in museo brasiliano Monachii conspicienda sunt.

SPECIES 5.      **EMYS TRACAXA.**      TAB. V.

Grandis, supra olivaceo fusca, subtus flavicans; capite subcrasso, postice convexo; testa ovato-subcylindrica, elevata, antice latiore ac minus sinuoso-marginata quam in Emyde Macrocephala; scutis dorsi undulate ac radiatim striatis magisque sinuose marginatis, postico marginati simplici; bracteis pectoris substriatis, antica impari acute rhomboidea, apice angustissima, tertia subtriquetra, largiore quam in Emyde Macrocephala; pectore postice testa brevior.


**D**ESCRIPITIO. Caput subcrassum, postice rotundato-convexum, largum, apice attenuatum, compressum, breve, tympano largo, maxillis aduncis flavis, corneis, scutis capitis supra quatuor olivaceo-nigricantibus; collum retractum, crassum, rugosum. Testa ovata, subgloboso-convexa, in medio dorso planiuscula, antice minus convexa quam in Macrocephala, angusta, vix declivis et vix subsinuate marginata, postice parum dilatata, a dorso oblique et subconvexe descendens, margine largiore, planiore, postice subacute rotundato; scuta dorsi decidua, subimbricata, virescenti nigra, spinalia quinque, undulate striata, striis subconvergentibus, nigricantia, relucientia, quorum primum subquadratum, antice medio acuminato marginatum, postice vix angustius, secundum octogonum, praecedente brevius, largius vero, margine antico trisinuato, la-



EMYS Tracaxa.

*La Tortue solitaire d'eau douce.*

Tab. V.



TRIONYX rufipes

*La Tortue d'eau douce à pieds rouges*

Tab VI

terali vix alato, postice angustius, oblique ascendens, tertium sinuoso-subquadrilaterum, quartum triangulum postice acuminatum, quintum globoso-convexum, rotundato-subhexagonum, lateralia dorsi brunneo fusca, 4, quorum primum subtriangulum, antice dilatatum, secundum et tertium rectangula subelongata, quartum pentagonum, postice convexum, marginalia 24, subtus flava fuscaque, quorum anticum geminum, pentagonum, subaequilaterale, antice subacutum, sinuate marginatum, subsequencia quadrangula, oblonga, subobliqua, media quadrangula margine exteriori rotundato, reflexo, vix oblonga, magis coarctata quam in specie praecedente, (Cabeçudo) posteriora subpentagona, suberecta, versus marginem subexcavata, planiora, scuto postico simplici vel connato, gibboso-convexo, margine planiore, subacuto. Pectus ovatum, planiusculum, flavicans, antice subconvexum, rotundato-marginatum, postice paulo angustius, longius, rectangulum, medio angulate excavatum, postice a margine testae distans; bractee flavae, corinae, praecipue ad margines regulariter crenulatae, quarum prima antica impar rhomboidea, apice acuta, lateralis utrinque triangula, minima, tertia irregulariter triangula vel rhomboidea, extus rotundata, intus acuta, quarta rectangula, oblonga, intus tenuiuscula, quinta et sexta quadratae, maxinae, postica quadrata, apice medio subacute excavata, obtuse bifurcata, a testae margine distans. Pedes palmati; ungues validi, cylindrici, rufo-nigri, apice obtusiusculi; cauda uno pollice testam exsuperans. Longitudo corporis  $1^{\circ}6\frac{1}{2}'$  capitis  $5'$ , pectoris  $1^{\circ}1'$ , testae  $1^{\circ}3'$ , caudae  $2\frac{3}{4}'$ ; Latitudo testae  $11\frac{3}{4}'$ ; altitudo testae  $4\frac{3}{4}'$ .

Habitat solitaria et monogama ad ripam et insulas fluminis Solimoëns et confluentium, ova tenuiora et magis oblonga in fossa arenosa deponens.

SPECIES 6. EMYS RUFIPES. TAB. VI.

Mediocris, supra nigro-brunnescens, subtus flavo-ferruginea, capite crasso, depresso, supra scutellis, lateraliter squamulis munito; gula bicirrhosa; testa elliptica, medio dorso longitudinaliter acuta; scuto dorsi marginali impari lineari, pectoris subrotundo, medio excavato; pedibus squamis scutelliformibus hispidis, largissime palmatis; unguibus compressis, acutis.

**D**ESCRIPITIO. Caput pyramidale, depressum, postice dilatatum squamulisque papyraceis munitum, antice tenue, acutum, squama simplici internasali brunneo-fusca tectum, pone oculos, ante et supra aures squamulis reticulatum, naribus antice protuberantibus, maxilla superiore rufo-flavicante, cornea, a naribus declivi,




emarginata, non adunca, inferiore\* subrotunda, vix cornea; gula bicirrhosa; collum crassitie occipitis, tenerrime rugosum, fusco-brunnescens, subtus flavicans.

Testa fusco-brunnea, subtus flavicans, elliptica, elevato-convexa, antice angustior, subdeclivis, truncate marginata, postice compressa, acute angulata, juxta dorsum medium angulate canaliculata; scuta laevia marginibus obsolete striatis, spinalia dorsi quinque, quorum primum anticum heptagonum, maximum, antice largiusculum, subrotundatum, medio sulcatum, secundum, tertium et quartum pentagona, convexa, canaliculata, subbrevia, quintum octogonum, lateraliter compressum, medio canaliculate angulatum, postice subacutum, lateralia octo, quorum primum anticum maximum, trapezoideum, intus angustum, extus largius, subsinuose marginatum, secundum et tertium subrectangula sive subpentagona elongata, quartum trapezoideo-hexagonum, postice compressum, marginalia viginti quinque extus angulate marginata, antica largiora ac planiora posterioribus, obliqua, quorum primum anticum impar lineare apice acutum, lateralia subquadrata maxima, tertium pentagonum intus acute angulatum, quartum et reliqua usque ad octavum, sive media quadrata, minora, subconcava, nonum aequae ac undecimum quadrata, largiuscula, decimum et duodecimum pentagona, intus subangulata, oblique descendente, postica gemina compressa subverticalia apice non conniventia. Pectus flavo-rufescens, oblongum, subrectangulum, antice largiusculum, rotundate truncatum, postice angustius; acute bifurcatum, impressum, margine laterali sinuose angulato; bractee tredecim glabrae, ad marginem vix striatae. quarum prima antica impar brevis, subcordiformis, subhexagona, postice acuminata, medio concava, laterales triangulae, mininae, extus rotundato-marginatae, tertia trapezoidea, larga, deorsum acuminata, antorsum rotundata, mediae oblongae subrectangulae, penultima subquadrata largissima, medio impressa, postrema oblique rectangula, intus angulate excavata, apice acuminata bifurcata. Pedes brunneo-flavicantes, extus acute scutellati, supra squamis scutelliformibus hispidi, usque ad ungues palmati, anteriores postice squamis marginalibus subserrati, digitus pedis posterioris extimus muticus, large palmatus, angulate distans; ungues compressi, subfalciiformes; cauda verrucosa, brevis, ad basin crassissima, pone anum tenuis, lineis duabus testam exsuperans. Longitudo corporis 9', capitis 2', caudae 1', testae  $7\frac{3}{4}'$ ; latitudo testae  $5\frac{3}{4}'$ ; altitudo testae 3'.

Habitat ad ripam fluminis Solimoëns.







ENIYS erythrocephala.

*La Tortue d'eau douce à tête rouge.*

Tab. VII.

SPECIES 7. **EMYS ERYTHROCEPHALA.** TAB. VII.

Mediocris, supra fusca, subtus flavo-albicans; capite flavo-aurantio; oculis minus approximatis; rostro infra nares subfisso; sulco supra inter oculos longiore quam in *Emyde amazonica*; scutello verticis subcordiformi, antice rotundato, postice acuto, brevi; bractea pectoris marginali impari postice rotundata; pectore postice rotundato-excavato; gula non cirrhosa; scuto antico dorsi marginali intermedio nullo.



**D**ESCRIPITIO. Caput pyramidale, postice subconvexum, rostro acuto, porrecto, apice flavescenti-ferrugineo, supra inter oculos scutato, flavo, medio longe profundeque sulcato, naribus tubulosis prominentibus, scutello verticis flavo-rufo, cordiformi, antice oblongo-rotundo, postice triangulariter acuto, brevissimo, scutellis capitis reliquis flavo-rufis, nigro-marginatis, maxilla superiore emarginata, apice subfissa, obliqua, fusco-virescente, inferiore flavo-maculata, obliqua, convexa; collum crassum, subrugosum, fuscum. Testa oblonga, elevato-convexa, ad marginem externum sinuata, non revoluta, antice angustior, emarginata, postice dilatata, declivis, versus marginem externum planior. Scuta papyracea, substriata, spinalia quinque, lateralia quatuor, marginalia viginti quatuor, quorum antica gemina minora, trapezia, antice subangusta, postice subrotundo-marginata, secunda utrinque trapezoidea, postice angustiora, tria utrinque subsequencia oblonga, rectangula, coarctata, posteriora subrectangula, largiora, subexcavata, planiora. Pectus flavo-albicans, rectangulum, antice ovato-marginatum, postice rotundato-excavatum, bifurcatum, introrsum recurvatum; bractee pectoris tredecim, quarum antica impar oblonga, postice largior, subrotundata, laterales acute triangulae, minimae, subsequentes subtriangulae, sublongae, intus subacutae, reliquae quadratae, maiores, postremae trapezoideae, tenues, introrsum elongatae, medio rotundato-excavatae, apice bifurcatae et introrsum curvatae. Pedes virescentes, palmati; ungues nigri apice acuti; cauda ad basin crassa, post anum intra testam situm tenuis, lateraliter squamis transversis linearibus hispida, e testa subexserta. Longitudo corporis  $11\frac{3}{4}$ ', capitis 2', testae  $9\frac{1}{4}$ ', caudae 2'; latitudo testae 6'; altitudo testae 3'.

Habitat in aquis ripariis fluminis Solimoens, Jurura Campeva cognominata.

SPECIES 8. *EMYS CANALICULATA*. TAB. VIII.

Exigua, fusco-nigricans; capite plano, supra ferrugineo, subtus nigro; collo supra rufo, verrucoso-echinato, subtus squamuloso; testa nigricante, elliptica, convexo-depressa, ad marginem externum sursum revoluta, in medio dorso longitudinaliter large canaliculata; scutello dorsi antico impari brevi, rectangulo, pectoris pentagono, magno; pedibus brevibus, squamis acutis, hispidis; plantis, praecipue palmis subglobosis; cauda minima, vix exserta.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Caput pyramidale, depressum, superne squama simplici papyracea pyramidali, rufa, lateraliter squamulis irregularibus, aequae rufis obtectum, antice compressum, breve, nigrum, declive, reliquum nigrum, squamulis reticulatum, ad angulum maxillae inferioris flavo maculatum, infra gulam non cirrhosum; nares minutae, anticae, prominentes; palpebrae flavicantes; tympanum squamulis margaritaceum; collum aequae largum ac occiput, breve, supra flavum, squamosum vel echinatum. Testa depressa, vix convexa, antice rotundato-truncata, margine externo laterali sursum voluto, postice sublargae, apice subacuta; scuta dorsi in junioribus brunneo-nigricantia, medio subgranulosa, in adultis obsoleta, nigrocinereo brunnescentia, medio subimpressa, in dorso medio canalis largi instar excavata, spinalia canaliculata, quinque, quorum primum maximum, planum, hexagonotrapezoideum, postice angustius, excavatum, antice largius bisinuato-, medio subacuminato-marginatum, secundum, tertium et quartum rectangula, subhexagona, sublonga, medio excavata, posterius pone angustius, quintum subheptagono-triangelum, antice acutiusculum, obtuse marginatum, excavatum, postice subconvexum, largum, obliquum, lateraliter sinuoso-marginatum, lateralia disci quinque, obliqua, supra aequae concava, introrsum flexa, quorum primum maximum, triangulum sive trapezoideum, introrsum subacute angulatum, secundum, rectangulum, longum, tertium paulo minus, subrhomboideum, postice angustiusculum, quartum trapezoideum, subconvexum, intus angustius, marginalia dorsi viginti quinque, minuta, medio impressa, extus emarginata, subtus rufescentia, nigro striata, quorum primum anticum impar rectangulum, tenue, breve, anteriora, subsequencia et femoralia maiora subrectangula, planiuscula, media minima, coarctata margine sursum subreflexo, posteriora minuta subconcava, posticum geminum subgibbosum, postice subpatens, subtus concavum. Pectus laeve, ovatum, planum, testae adpressum, nigricans, rufo-marginatum, longitudine fere testae, antice rotundato-truncatum, largiusculum, postice angustius, obtuse bifurcatum; bracteae tredecim, quarum prima impar pentagona, apice larga, rectangula, postice acuminata, laterales trigonae intus acutae, subsequentes trapezoi-







EMYS canaliculata

*La Tortue d'eau douce à gouttière au dos.*

Tab VIII





1. 2. EMIYS dorsualis

3. 4. EMIYS stenops

*La Tortue d'eau douce à livière au dos.*

*La Tortue d'eau d'à yeux rapprochés.*

deae largae, intus tenuiores; quarta rectangula angustior, quinta et sexta subrectangulae, subaeque largae, postrema gemina, trapezoidea, postice angustior, medio obtuse excavata ac bifurcata, brevior quam testa. Pedes nigri, intus squamosi; planta, praecipue palma globulosae, anterior intus rufo maculata; digiti minus separati, palmati; ungues breves, acuti, subrecti, nigri; cauda minima extus tenuis, vix exserta; anus oblongus. Longitudo corporis  $5\frac{1}{2}$ ' capitis 11'' testae  $4\frac{1}{2}$ ', pectoris 4', caudae  $6\frac{1}{2}$ '; latitudo capitis  $7\frac{1}{2}$ ', testae 3'; altitudo testae 1'.

Habitat sub cognomine *Japutipirema* in campis paludosis juxta ripam fluminis Solimoens. Testudini *Planitiae* sive *planicipiti Gronovii*, *Schneideri* et *Schoepfii* simillima, parum, ut affirmant authores, cognita differt ab illa unguibus plantarum non quinque, sed quatuor, modoque vivendi non in terra, sed in locis aquaticis; pullus colore toto castaneo excellit. Specimina quatuor in Museo Brasiliano Monachii asservantur.

SPECIES 9.      **EMYS DORSUALIS.**      TAB. IX. FIG. 1. 2.

Minima, ovata, supra olivaceo-virescens, depressa, in medio dorso elevata, canaliculata; capite lacertino, supra medio squamoso, nigro, lateraliter flavo-lineato; scutis granulosis; bracteis pectoris duodecim; pedibus squamosis, sulphureis, nigro lineolatis; cauda brevissima, apice subcornea.

**D**ESCRPTIO. Caput lacertinum, subrectangulum, conicum, apice subacute obtusum, supra planum, postice membrana colli obvolutum, nigrum, medio subscutellatum, lateraliter nudum, flavicans, lineolis nigris aequae, ac collum supra, variegatum; linea sulphurea a rostri apice supra oculos ad tympanum; occiput lateraliter flavo-maculatum; maxillae corneae, emarginatae, rectae, subdenticulatae, superior apice recta, subexcavata; gula non cirrhosa; collum breve, flavicans, lineolis nigris. Testa supra flavo virescens, submollis, ovata, depressa, vix convexa, subaequalis, antice subangustior, emarginata, versus femora vix dilatata, subangulate sinuata, postice subrotunda, marginibus angulatis, in medio dorso longitudinaliter canaliculata; scuta dorsi ad marginem striata, medio granulosa, aspera, spinalia quinque, medio cylindrico-carinata, lateralia plana, subcompressa, quorum primum anticum pentagonum, apice medio elongatum, postice quadrangulum, subtenue, vix declive, secundum tertium et quartum heptagona, larga, medio canaliculata, quintum minimum, pentagonum, postice obtusum, antice tenuius,

declive, lateralia quatuor, subobliqua, quorum primum anticum maximum, trapezoideum, intus angustum, impressum, extus polygonatum vel rotundato-marginatum, secundum subrectangulum, longum, intus subacutum, extus subpolygonatum, tertium polygono-vel pentagono-rotundatum, quartum minimum, subpentagonum, antice subacutum, postice rectangulare, marginalia 25, subaequalia, subtus fulva, quorum primum anticum quadratum, vix conspicuum, secundum trapezoideum, largum, intus subacutum, tertium, quartum et quintum subrectangula, postice tenuiora, reliqua subquadrata, media subconcava, antepenultimum subrectangulum, postica gemina, rectangula, minora, medio subconvexa, apice non conuientia. Pectus subrectangulum, oblongum, medio largissimum, rufo-nigricans, extus sulphureo-marginatum, antice depressum, truncato-marginatum, postice apice tenuius, lateraliter angulatum, medio sinuoso-emarginatum, testam fere attingens; bractee 12, medio striolatae, quarum prima antica gemina, triangula, apice larga, dentata, immarginata, postice acuta, secunda triangula, subtrapezoidea, intus acuta, tertia et quarta subquadratae, largae, quinta trapezoidea, intus tenuior, postice sinuato-marginata, sexta minor, subrhomboidea, intus sublargior, postice sinuoso-marginata; bractee pectus et testam conjungentes non separatae, in fissura licet anteriore tres, in posteriore una. Pedes depressi, citrini, lineolis punctisque nigris variegati, subpalmati, praecipue anteriores squamis imbricatis tecti; ungues breves, subrecti, nigri; cauda brevissima, e testa vix exserta, post anum tenuis, tenerrime rugosa, apice cornea, sursum curvata. Longitudo corporis 4', capitis  $\frac{3}{4}$ ', testae  $3\frac{1}{4}$ ', caudae  $\frac{1}{2}$ '; latitudo testae  $2\frac{1}{3}$ ', capitis 5"; altitudo testae 1".

Habitat juxta flumen Solimoens. Specimina duo in museo monacensi extant.

SPECIES 10. **EMYS STENOPS.** TAB. IX. FIG. 3. 4.

Minima, nigerrima, planiuscula; capite supra squamulis plurimis obsito; rostro subobtusum, inter oculos angustum; testa depressa, in medio dorso convexa; scutis spinalibus sex, transverse elongatis, granulosis; cauda vix exserta.

**D**ESCRIPITIO. Caput pyramidale, nigrum, planum, squamulis plurimis obsitum, antice subacutum, declive, inter oculos angustum, subimpressum; rostrum subrotundatum; gula bicirrhosa; collum subtenue, granulose. Testa nigerrima, planiuscula, rotundato-oblonga, in medio dorso longitudinaliter canaliculata, margine ex-







EMYS marmorea.

*La Tortue marbrée d'eau d.*

Tab. X.

terno subemarginata; scuta granulosa, subrugosa, spinalia quinque, quorum anticum maximum, subrectangulum, transverse oblongum, gibbum, antice largiusculum, heptagone marginatum, secundum et tertium hexangula, transverse oblonga, tenuia, lata, quartum rectangulum, transverse angustissimum, minimum, quintum subhexagono-rectangulum, transverse oblongum, minus extensum, sextum maius, trapezoideum, declive, apice subtenuis, postice trigonum; lateralia quatuor, quorum anticum subtrapezoideum, antice acutum, duo subsequencia pentagono-subrectangula, longa, sursum angulate marginata, quartum trapezoideum, postice tenue, marginalia viginti quinque, supra nigra, subtus albicantia, subquadrata, planiuscula, maiora, anteriora et posteriora submaiora, media minora, anticum impar rectangulum, tenue, haud longum. Pectus ellipticum, albicanti-nigricans, antice truncatum, postice acute emarginatum; bracteae tredecim, laeves, quarum antica impar subtrigona, apice largiuscula, laterales trigonae, minores, intus acutae, quarta subtrapezoidea, lata, intus subtenuis, quinta subrectangula, lata, intus tenuis, sexta subquadrata, larga, intus subangustior, septima rhomboidea, minor, postice angulate emarginata. Pedes nigri, reticulati, subpalmati; ungues breves, acuti, fuscii; cauda brevissima, post anum tenuis, vix exserta, apice acuta. Longitudo corporis  $2\frac{1}{2}$ ', capitis 8"; testae  $1\frac{1}{11}$ ", caudae 2"; latitudo capitis 7", testae  $1\frac{1}{4}$ '; altitudo testae 8".

Habitat in locis aquosis ad ripam fluminis Solimoëns; specimen, quod descripsi, juvenile est.



SPECIES II. EMYS MARMOREA. TAB. X.

Subexigua, olivaceo-brunneoque virescens, subtus flavicans, ad gulam non cirrhosa; capite laevi, non squamoso, lineolis flavis insigni; maxillis pectoreque flavidis; testa ovato-depressa, virescenti-flavo nigroque variegata; scuto marginali antico impari tetragono, subbrevis; scutis flavo-marginatis, marginalibus sursum flavo-dentatis; bracteis pectoris 12; cauda colloque exsertis.

**D**ESCRPTIO. Corpus Emyde europea minus. Caput supra membranosum, oblongum, antice compresso-obtusum, virescens, postice subdilatatum, angulatum, nigrum, supra subtusque lituris flavidis variegatum, maxillis non aduncis, flavis, superiore verticali, gula non cirrhosa; collum longiusculum, rugosum. Testa olivaceo-

virescens ac brunnescens, ad margines scutorum et subtus flavicans, ovata, subdepressa, versus femora subangulato-dilatata ac sinuosa, postice acuta, gibbosa, antice obtusa, emarginata; scuta ad marginem undulate striata, medio flava, nodosa, spinalia 5, convexa, medio subtorosa, quorum primum anticum oblique descendens, trapezoideum, antice largiusculum, rotundato-, et medio angulato-marginatum, secundum et tertium heptagono-subrectangula, subaequalia, quartum aequale, magis largum et ad latera elatum, postice sinuatum, quintum obliquum, subtrigonum, apice acutum, postice rotundato-marginatum, medio gibbum, lateralia quatuor obliqua, quorum anticum maius, trapezoideum, intus tenuius, extus rotundato-marginatum, secundum et tertium subrectangula, longa, quartum minus, subpentagonum, postice subacutum, marginalia viginti quinque, fere omnia rectangula, margine laterali medio vix angustiore ac vix reflexo, quorum anticum impar breve, rectangulo-subpentagonum, apice subangustius, lateralia trapezoidea, intus tenuiora, reliqua subrectangula, sursum flavo-dentata ac flavo-marginata, posteriora supra femora longiora, postica gemina, compressa, gibba, acute angulata, subtus concava. Pectus ellipticum, planum, flavum, antice emarginatum, postice acute, sed breviter excavatum ac bifurcatum; bractee duodecim, ad margines nigro striatae, quarum anticae geminae, cordiformes, triangulae, apice rotundo-emarginatae, postice acutae, laterales trapezoideae, intus tenuiores, tertia rectangula, quarta quadrata, maior, quinta trapezoidea, extus largiuscula, sexta rhomboidea, postice angulate breviterque bifurcata. Pedes nigricantes, squamulis subhexagonis reticulati, subpalmati; ungues acuti, fusci; cauda longa, post anum exterum longe exserta, tenuis, apice acuta, reticulata. Longitudo corporis  $6\frac{3}{4}'$ , capitis  $1'$  testae  $4\frac{1}{4}'$ , pectoris  $4'$  caudae  $1\frac{3}{4}'$ ; latitudo occipitis  $10''$ , testae  $3\frac{1}{4}'$ ; altitudo testae  $2'$ .





CHELYS fimbriata .

*La Tortue Mutamata.*

Tab. XI.

## GENUS II. CHELYS.

*Capite membranaceo colloque longo depressis, planis, latis, fimbriose appendiculatis; naso tenui, tubuliformi, proboscideo, elongato; rostro tenui, minuto; maxilla inferiore postice crassiore, elevata; ore rotundato; testa depressa, acute carinata, lateraliter acute marginata; palmis pentadactylis, plantis tetradactylis, utrisque palmatis, depressis.*

## SPECIES 12. CHELYS MATAMATA. TAB. XI.

Mediocris, aspectu horribilis, fusco-rufa; capite supra et infra tympanum membrana fimbriata large alato; maxilla inferiore infra superiorem prominente, non serrata; gula colloque appendicibus membranosis fimbriatis verrucisque obsitis; testa ovata, supra dorsum acute tricarinata; scutis concentricè granulatis; pedibus squamosis, squamis solitariis crassis, seriatim positus.

**D**ESCRIPŦIO. Caput planum, largum, rufo-fuscum, non squamosum, supra et infra tympanum triangulum, appendice membranoso, subtus miniaceo alatum; rostrum minutum, in nares tubuliformes, tenues, proboscideas prolongatum; oculi parvi; os rotundum, postice valvuloso-tuberosum; maxilla inferior antice infra superiorem prominens, aeque non serrata, subtus utrinque fimbriata, postice, uti in *Bufo* nasuto, crassa, angulato-elevata, bifimbriata; collum crassum, planum, longum, fusco-rufum, nigro-trilineatum, subtus obscure miniaceum, sex lineis nigris longitudinalibus striatum, verrucis, et ad latera appendicibus membranaceis in serie duplicata positus. Testa rufo-fusca, subconvexa, ovata, antice largior, immarginato-subtruncata, postice angustior, subacuta, in medio dorso depressa, planiuscula, acute tricarinata ac bisulcata, carinis postice approximatis, ad marginem lateralem medium compressa, verticaliter descendens, antice et postice obliqua, scuto singulo gibboso-angulato; scuta papyracea, postice acuta, tuberosa, radiis granulosis concentricis, spinalia quinque, acute carinata, quorum anticum primum largum, pentagonum, antice largiusculum, apice medio acuminatum, secundum et tertium subrectangula, quartum subhexangulum, sublongum, postice gibbum, quintum heptangulum, antice tenuius, postice acutum, medio acute elevatum; scuta lateralia quatuor, supra gibbosa, cataphracta, introrsum sulcata, quorum anterius trapezoideum, intus tenuius, extus angulato-rotundatum, secundum subrectangulum, intus subtenue, tertium



subrhomboideum, margine exteriori triangulato, quartum minus, subhexangulum; scuta marginalia viginti quinque, anteriora et posteriora conchiformia, subplana, extus pone acute angulata, media rectangula, verticalia, extus non angulate marginata, quorum anticum impar minus, subrectangulum, largiusculum, antice medio subcarinatum, secundum trapezoideum, obliquum, intus tenuius, tertium triangulum, intus rotundato-marginatum, quartum subtrapezoideum, pone subtenuius, quintum subpentagonum, subverticale, sextum rectangulum, verticale, posticum geminum, minus rectangulum, transversum, postice medio acute fissum ac patens. Pectus fusco-rufum, oblongum, attenuatum, antice largiusculum, subrotundomarginatum, planum, testae marginem fere excedens, postice angustius, acute bifurcatum; bractee tredecim, radiatim striatae, quarum antica impar oblonga, antice largiuscula, rotundata, postice angustior, sinuoso-rotundata, laterales triangulae, minores, intus acuminatae, tertia, quarta et quinta subquadratae, sexta rectangula, longior, septima minor, trapezoidea, postice medio acute fissa, bifurcata, a testae margine distans. Pedes fusco-rufescentes, supra et subtus squamis solitariis, transverse prominentibus muniti; ungues tenues, acuti, subrecti, nigri; cauda verrucosa, ad basin crassa, infra anum oblongum testae marginem adaequantem subtenuis, pollice uno extra testam exserta. Longitudo corporis  $1^{\circ}8'$ , capitis  $3'$ , colli  $4'$ , testae  $1^{\circ}$ , pectoris  $11'$ , caudae  $2'$ ; latitudo capitis  $2\frac{3}{4}'$ , testae  $8\frac{1}{2}'$ ; altitudo testae  $3\frac{3}{4}'$ .

\* Habitat ad urbem Parae in aquis stagnantibus fluminis Amazonarum, Matá-mata vulgo dicta. Specimina sex in museo exstant.





KINOSTERNON longicaudatum .  
*La Tortue articulée à longue queue.*

Tab. XII .

GENUS III. KINOSTERNON.

*Structura Emydis, pectore modo cataphracto; maxillis et capite supra inter oculos nudo squamosis; rostro pernasuto; oculis minus approximatis; gula subtus multicirrhosa; cauda apice unguiculata; bracteis pectoris undecim, illis pectus inter et testam interjacentibus non connatis; palpebris transversis.*

SPECIES 13. KINOSTERNON LONGICAUDATUM. TAB. XII.

Supra rufo-nigricans, subtus nigro-rufum; testa oblonga, in medio dorsi subtricarinata; scutis striate sulcatis; cauda elongata, crassa.

**D**ESCRIP TIO. Caput subovatum, postice largum, carnosum, convexo-depressum, nudum, fuscum, albo-virgillatum, antice subtenuè; rostrum subobtusum, subrecte descendens, ad latera impressum, apice aduncum; nares approximatae, anticae, scutellum supra inter oculos fuscum, subcordiforme, planum, medio subimpressum, pone triangulum; maxillae crassae, corneae, aduncae, tigrinae sive nigro fulvoque virgatae, subsinuose marginatae; gula subtus transverse et longitudinaliter cirrhis tribus geminis munita; collum subbreve, subcrassum, subrugosum, nigricans, subtus cinerascens. Testa oblonga, convexa, subaequalis, antice et postice vix angustior, rotundato-carinata, antice subobliqua, extrorsum subexcavato-marginata, postice subverticalis, haud largior, convexa, declivis, oblonga, in medio dorso longitudinaliter acute tricarinata, convexo-planiuscula; scuta papyracea, decidua, subundulate striata ac virgata, spinalia disci utrinque subcanaliculata acuteque tricarinata, quinque, quorum anticum primum oblique descendens, pentagono-triangulare, postice acuminatum, antice largum, subsinuoso-marginatum, medio carinatum, secundum et tertium hexangula, oblonga, lateraliter triangulate marginata sive alata, pone attenuata, quartum gibbum, hexagonum, apice et postice attenuatum, lateraliter alatum et trisinuose marginatum, quintum subverticale, rhomboideum, antice acutum, postice subrotundatum, medio carinatum, lateralia disci subconvexa, subverticalia, utrinque quatuor, quorum anticum largum, trapezoideo-triangulum, intus acutum, extus largissimum, subrotundo-marginatum, secundum et tertium rectangula, longa, supra acute carinata, quartum pentagonum, irregulare, minus, convexum, pone rotundato-marginatum, marginalia viginti quinque, quorum anticum impar sublineare, brevissimum, secundum utrin-



que quadrilaterum, intus subtenue, antice subexcavato-, postice sinuoso-marginatum, tertium subpentagonum, descendens, infra acutiusculum, quartum et septimum rectangula, tenuia, sublonga, margine sulcato, reflexo, duo posteriora maiuscula, subpentagona, subconvexa, margine planiore, posticum geminum; trapezoideum, pone subtenue, subexcavato-planiusculum. Pectus fulvo-vel fusco-brunneo-flavicans, lineariter radiatum vel striatum, oblongum, medio impressum vel cataphractum; antice subelevatum, rotundato-marginatum, testae marginem subadaequans; postice acutę bifurcatum, a testae margine subdistans. lobo anteriore et posteriore membranose articulis ac flexibilibus; bracteae nigro-marginatae, corneae, quarum antica impar cordiformis, larga, postice breviter acutiuscula, antice subangulato-rotundata, duae utrinque subsequentes longae, trapezoideae, intus, praecipue tertiae, tenuiores, quartae sive mediae subquadrato-rectangulae, largae, quintae trapezoideae, sublargae, intus tenuiores, deorsum acuminatae, posticae trapezoideo-triangulae, antice acuminatae, pone angulatae, medio acute excavatae, obtuse bifurcatae; bracteae pectus inter et dorsum interjacentes duae, suturis separatae; pedes viridi-fusci, nudiusculi, palmati, anteriores infra intus, posteriores infra extus squamis linearibus transversis horridi; ungues breves, falciformes, rufo-nigricantes; cauda crassa, trunciformis, 1 extra testam exserta, post anum margini testae parallelum, infra sulcata, lateraliter cirrhosa, apice cornea, acuta, unguiculata. Longitudo corporis  $9\frac{3}{4}'$ , capitis  $2\frac{1}{8}'$ , testae 6', caudae 1'9'', sterni 5'; latitudo testae  $3\frac{1}{2}'$ , capitis 9'2''; altitudo testae 2'5''.

Habitat in campis aquosis, ab incolis Muçua dicta. Museum monacense monstrat specimina duo in spiritu vini asservata.

SPECIES 13. KINOSTERNON BREVICAUDATUM. TAB. XIII.

Nigro-fuscum, praecedentę minus, ovato-subglobosum; cauda brevissima, breviter unguiculata; scutis dorsi non striatis, marginali impari vix conspicuo, pectoris rotundato, largo; pectore subconvexo, apice vix furcato.

**D**ESCRIPITIO. Caput pyramidale, apice acutum, supra inter oculos scutello plano, subpentagono, oblongo, flavo-fuscescente obtectum, postice largiusculum,



KINOSTERNON brevicaudatum.

*La Tortue articulée à courte queue.*

Tab. XIII.





carnosum, flavo-fuscum, lateraliter lineolis nigris variegatum, rostro porrecto, acuto, brevi, maxillis fulvo-corneis, subsinuose marginatis, subaduncis, cirrhis infra mentum quatuor, pone aliis duobus; collum subdistinctum, breve, nudum, subtus flavicans. Testa ovato-globosa, supra nigro-fusca, subtus flavicans, antice subangustior, obliqua, apice truncata, sinuosa, postice convexa, subacutior, rotundato-marginata, versus dorsum medium obsolete tricarinata, planiuscula; scuta dorsi non striata, obsoleta, spinalia obscure subtricarinata, convexo-planiuscula, quinque, quorum primum pentagonum, antice alatum, sinuoso-marginatum, postice rectangulare, subobliquum, medio obtuse angulatum, secundum et tertium oblonga, octangula, planiuscula, postice subtenuia, antice et postice angulate emarginata, medio obtuse canaliculata, quartum subhexagonum, convexum, antice et postice tenuius, antice trispinosum, quintum triangulum, convexum, apice obtuse acutum, subverticale, medio canaliculatum, lateralìa disci obliqua, convexa, quatuor, quorum anticum primum triangulum, largum, extus dilatatum, media subrectangula, oblonga, versus dorsum introrsum angulate reflexum, posticum minus, subpentagonum, pone angulate subacutum, marginalia dorsi brevia, subrugosa, rotundato-marginata, viginti quinque, quorum primum impar brevissimum, vix conspicuum, subplanum, secundum minus, quadrilaterale, tenue, intus angustius; subobliquum, tertium et sextum subrectangula, oblonga, media verticalia, rotundato-marginata, cataphracta, subtus flava, posteriora paulo largiora, obliqua, subquadrata, non excavata, margine rotundo. Pectus ochraceo-flavicans, varie sinuoso-subsulcatum, oblongum, antice et postice rotundato-marginatum, postice medio obtuse emarginatum, lobo anteriore et posteriore membranoso-articulatis ac flexibilibus; bractee undecim, quarum antica impar rotunda, larga, antice subtruncata, nigro-exsculpta, secunda utrinque rhomboidea, intus subacuta, tertia triangula, intus acuminatissima, medio nigro-sulcata, quarta quadrata, magna, laevis, quinta trapezoidea, intus attenuata, nigro-sulcata, postica subtriangula vel trapezoidea, antice et postice tenuior, postice apice obtuse emarginata, a testae margine remota; bractee pectoris medii laterales duae, suturis separatae; pedes palmati, supra viridi-fusci, membranosi, infra flavicantes, intus transverse bisquamosi; ungues breves, compressi, anteriores falciformes, fusci; cauda brevissima, e testa vix exserta, rugosa, pone anum tenuior, sulcata, apice acuta, breviter unguiculata. Longitudo corporis 7' 3'', capitis 1' 9'', testae 5' 9'', caudae 4'', sterni 4'; latitudo testae 2  $\frac{3}{4}$ ', capitis 1'; altitudo testae 1  $\frac{1}{2}$ '.

Habitat ad ripam fluminis Solimoëns.

## GENUS IV. TESTUDO.

*Terrestris; capite subglobose elevato; maxillis lacertinis, serratis; gula non cirrhosa; testa elevata, globosa; pedibus squamosis, cylindricis, robustis; palmis plantisque globoso-clavatis; digitis brevissimis, vix distinctis, non palmatis; unguibus crassis, rectis.*

## SPECIES 15. TESTUDO HERCULES. TAB. XIV.

Maxima, supra et subtus aurantio-flava; scutis laevibus, planiusculis, viridi-nigro-marginatis, spinali postico maxime gibbo, antice acuminato, marginali antico impari nullo; testa elongata, elliptica, fere cylindrica, supra planiuscula, truncata, vix declivi, ad femora angulata et magis crassa, postice gibba, lateraliter compressa, acute ovata; sterno antice angustiore, longiore, subhifurcato, testam fere exsuperante; disco scutorum medio large ochraceo; pedibus flavicantibus; non rubro-maculatis; cauda testam non exsuperante.



**D**ESCRPTIO. Caput triangulare, subcylindricum, supra apice elevatum, squamosum, flavicans, postice membranosum; maxillae lacertinae, altae, rectangulae, denticulatae, flavo-virescentes; collum breve. Testa maxima, elongata, fere cylindrica, supra planiuscula, antice vix tenuior, vix declivis, obtuse largeque emarginata, ad femora crassior, angulata, postice compressa, ovata, gibba; scuta subaurantio-flava, planiuscula, virescenti-nigro-marginata, obsolete strigilata, spinalia quinque, planiora, quorum anticum largum, convexum, obtuse hexagonum, antice largiusculum, apice medio obtuse marginatum, postice tenuius, convexo-sinuatum, secundum et tertium obtuse hexangula, largiora, vix convexa, quartum hexangulum, cordiforme, postice subacutum, quintum declive, reliquis maius, elongatum, perverse cordiforme, suboctogonum, antice tenuius, postice rotundatum, medio gibbum, lateralia quatuor, subverticalia, quorum anticum trapezoideum, intus acutum, antice subsinuoso-marginatum, extus subangulato-rotundatum, secundum et tertium maiuscula, subpentagono-rectangula, supra obtuse angulata, quartum subquadratum, marginalia viginti tria, quorum anticum geminum, subobliquum, trapezoideum, sublargum, sublongum, intus tenuius, emarginatum, extus postice obtuse angulatum, secundum subtrapezoideum vel subquadratum, postice vix angustius, tertium trapezoideum, extus longiusculum, quinque subsequencia rectangula, compressa, verticalia, margine externo obtuso, nonum et decimum rectangula, largiora



TESTUDO Hercules.

*La grande Tortue terrestre*

Tab. XIV.



TESTUDO sculpta .

*La Tortue terrestre sculptée*

Tab. XV.

acute prominentia, postremum subrectangulum, minus compressum, posticum impar rectangulo-marginatum, medio globoso-gibbum, subtus large concavum. Pectus aurantio-flavum, ellipticum, elongatum, antice subacutum, subconvexum, subbifurcatum, postice obtuse excavato-sinuatum, medio concavum; bracteae duodecim, non striatae, nigro-marginatae, quarum anterior gemina, subrectangula, postice obtusa, antice truncata, medio disjuncta, secunda oblonga, rectangula, extus rotundato-marginata, tertia subtrapezoidea, intus angustissima, quarta maxima, quadrata, quinta subquadrata, minor, postica gemina, minima, transverse subrectangula, postice obtuse excavata, testam vix attingens. Pedes robusti, flavicantes; palmae plantaeque globoso-clavatae, squamosae sive scutellatae; ungues virescentes, obtusi, plani; cauda squamosa, testam non exsuperans. Longitudo corporis  $1^{\circ}5'$ , capitis  $2\frac{3}{4}'$ , testae  $1^{\circ}3'$ , caudae  $1\frac{1}{2}'$ ; latitudo capitis  $1\frac{3}{4}'$ , testae  $8'$ ; altitudo testae  $5\frac{1}{2}'$ .

Habitat in sylvis ad flumen Solimoëns, ubi incolis Japuty Grande audit.

SPECIES 16. TESTUDO SCULPTA. TAB. XV.

Mediocris, citrino-ochracea; testa subcylindrica, globoso-elevata, citrino-flavescente, postice subrotundata; scutis planiusculis, medio granulatis tuberculatisque, ad margines fuscescentibus, strigilatis, strigis subrectangulis; scutis spinalibus transverse oblongis, hexagonis, antico impari deficiente; pectore antice dentato, postice brevior quam scutum.

**D**ESCRIPITIO. Caput subglobosum, supra planiusculum, triscutellatum, flavofuscum, reliquum squamulosum, antice obtuse trigonum, truncatum; maxillae subvirescentes, rectangulae, denticulatae, superior antice bidentata; collum breve, membranosum, cinerascens. Testa cylindrico-subrectangula, oblonga, elevato-convexa, ad marginem externum non reflexa, supra planiuscula, antice vix angustior, subdeclivis, medio angulate emarginata, postice angustior, ovata, subconvexa, declivis; scuta planiora, subquadrata, striata, medio tuberculata, granulosa, citrino-flava, spinalia quinque, subhexagona, transverse oblonga, quorum primum anticum pentagonum, apice largiusculum, medio triangulare, subacutum, secundum et tertium aequae magna, hexagona, transverse oblonga, quartum hexagonum, postice angustius, obliquum, quintum trapezoideum, declive, convexum, antice angustius, postice largum, rotundato-marginatum, lateralia quatuor, subverticalia,




aequalia, quorum primum anticum trapezoideum, intus angustius, secundum et tertium pentagono-rectangulum, longum, supra acutiusculum, quartum subrhomboidem, postice subacutum, marginalia subrectangula, 23, quorum primum intermedium impar omnino deficiens, reliqua subpentagona, longa, extus angustiora, medio angulato-impressa, secundum et tertium subtrapezoidea, intus subangusta, media verticalia, subrectangula, longa, octavum tenue, subrectangulum, intus tenuius, nonum, decimum et undecimum rectangula, posticum unicum, rectangulum, transversum, in junioribus ac in foemina verticale, in mare et adultis globoso-convexum. Pectus citrino-flavum, ellipticum, ad unionem cum testa angulate angustum, antice convexo-depressum, tetradentate marginatum, postice planum, tenue, bifurcato-excavatum; bractee duodecim, areolatae ac striatae, quarum antica gemina, minor, subtrigona, antice large truncata, dentata, secunda subquadrata, extus rotundo-marginata, tertia tenuis, transverse rectangula, quarta quadrata, magna, quinta subquadrata, extrorsum infra angulata, postice minor, minus lata, medio obtuse excavata, breviter bifurcata. Pedes fusco-flavicantes, squamis flavis, imbricatis hispidi; ungues subtriquetri, obtusi, validi, fuscii; cauda squamosa, supra anum crassissima, dein tenuis, parum exserta. Longitudo corporis 11' capitis 1'5'', testae 9 $\frac{1}{4}$ ', pectoris 8 $\frac{1}{3}$ ', caudae 1 $\frac{1}{3}$ '; latitudo capitis 1 $\frac{1}{4}$ ', testae 5 $\frac{1}{2}$ '; altitudo testae 4'.

Habitat in sylvis juxta flumen Amazonum, Xurúbariga ab incolis dicta; differt a testudine areolata scuto dorsi impari antico deficiente, scutis tuberculoso-elevatis ad margines sulcatis. Specimina 5 in museo monacensiveniunt.

SPECIES. 17. TESTUDO CARBONARIA. TAB. XVI.

Subgrandis, virescenti-nigra vel nigerrima; disco scutorum subrectangulo-pentagono, minore, aurantio; capite supra antice scutellato; testa cylindrico-elevata, subquadrata, antice et postice obtusiore, in medio dorso vix convexa; pedibus coccinco-maculatis.

**D**ESCRIPITIO. Caput trigonum, elevatum, capiti Iguanae simillimum, supra antice scutellatum; maxillae serratae; collum breve. Testa rectangula, aequalis, cylindrica, antice rotundato-truncata, medio obtuse emarginata, lateraliter subcompressa, ad pedes angulate subprominens, postice gibbosa, obtuse subovata; scuta omnia vel vi-



TESTUDO carbonaria .

*La Charbonnière*

Tab. XVI .

*Philippus Schmid omnes ad naturam del.*





TESTUDO Cagado .

*Tortue tuchetée à dos plat*

Tab. XVII .

ridi-nigra vel nigerrima, striis pentagonis, medio maculis flavis, rectangulo-subpentagonis; scuta spinalia quinque, planiuscula, quorum anterius pentagonum, largiusculum, antice acute trigonum, secundum et tertium plana, transversa, hexagona, quartum hexagonum, subcordiforme, postice subattenuatum, declive. quintum trapezoideum, antice angustius, medio gibbum, postice rotundo-marginatum, lateralia subconvexa, 5, quorum anterius trapezium, intus angustum, extus subangulato-rotundatum, secundum et tertium pentagona, extus rectangula, intus subacute angulata, quartum reclinatun, subquadrato-trapezium, extus subangustum, marginalia viginti tria, ad pedes angulate prostantia, medio inter pedes compressa, quorum anticum geminum, trapezium, transversum, antice longius, subtruncatum, medio subexcavatum, postice angustum, secundum trapezium, introrsum subtenue, extrorsum subangulato-rotundatum, tertium subquadratum, angulate reclinatun, quartum et quintum subrectangula, compressa, infra angustiora, sextum et septimum rectangula, octavum et nonum rectangula, extus angulata, rotundo-marginata, penultimum subtus excavatum, posticum rectangulum, gibbum, rotundato-marginatum. Pectus fusco-flavicans, oblongum, antice convexo-depressum, emarginato-truncatum, postice rectangulum, subangustum, apice obtuse excavatum; bracteae duodecim, rectangulariter obscure striatae, quarum anterior gemina, minor, acute trigona, apice subrotundato-marginata, secunda subquadrata, introrsum subangustior, tertia tenuissima, rectangula, quarta subquadrata, largissima, quinta subquadrata, minor concava, a testae margine distans. Pedes clavati, squamosi, flavicantes, rubro-maculati, anteriores elongati; ungues obtusi, fusi; cauda vix exserta. Longitudo corporis  $1^{\circ}5'$ , capitis  $2\frac{3}{4}'$ , testae  $1\frac{1}{2}'$  caudae  $1\frac{1}{2}'$ ; latitudo testae  $6\frac{3}{4}'$ ; altitudo testae  $5'$ .

Habitat sub cognomine „Capitary“ (?) ad flumen Amazonum.

SPECIES 18. TESTUDO CAGADO. TAB. XVII.

Mediocris, olivaceo-brunnescens, laevis; testa irregulariter flavo-variegata, subaequali, cylindrica, in medio dorso planissima; scutis spinalibus, praecipue penultimo, planis, subquadratis, postico maiore quam in testudine Carolinensi.


**D**ESCRIP TIO. Testa brunnescenti-olivacea, disperse flavo-maculata, oblonga, rectangulo-cylindrica, supra planiuscula, antice subangustior, obliqua, truncata, vix emarginata, medio inter pedes extrorsum subcompressa, postice elatior, rotundato-

gibbosa, disco scutorum medio pallidiore, obsoleto, striis angulatis vix conspicuis; scuta subquadrata, laevia, spinalia quinque, subquadrata, planiora, quorum anticum pentagonum, apice trigonum, acuminatum, obliquum, medio convexum, secundum et tertium aequalia, quadrato-hexagona, lateraliter angulata, quartum aequum magnum, subquadrato-hexagonum, postice vix tenuius, supra planum, quintum largissimum, trapezium, postice largius, rotundatum, medio gibbum, lateralia quatuor, subaequalia, vix striata, quorum anterius trapezoideum, introrsum tenue, extrorsum angulato-rotundatum, intermedia aequalia, rectangula, subhex-vel heptagona, quartum subquadratum sive subtrapezium, subpentagonum, planum, vix reclinatum, marginalia viginti tria, subrectangula, vix striata, quorum anticum impar deficiens, lateralia anteriora trapezia sive subpentagona, introrsum medio acuta, secundum rectangulum, subreclinatum, extrorsum rotundatum, inter media quinque, compressa, verticalia, sextum introrsum angustius, extrorsum subprominens, penultimum sublargius, extrorsum rotundato-excavato marginatum, posticum impar quadratum, convexum, infra introrsum curvatum. Longitudo testae  $9\frac{1}{2}'$ ; latitudo testae  $5\frac{1}{2}'$ ; altitudo testae  $4\frac{3}{4}'$ .

Habitat sub nomine Cagado in campis et nemoribus campestribus Bahiae; differt a testudinibus in itinere per Brasiliam repertis, et in museo monacensi asservatis, a Carolinensi dorso planiore, scutis minus striatis, spinali penultimo planiore, postice non attenuato sed cordiformi, lato magisque quadrato, postico largissimo, a testudine tabulata, quae testam convexam, globosam non rectangulam, in dorso medio elatiorem, marginem anticum profunde excavatum, et scuta medio impressa, gibbosa, large flava, scuta spinalia antice et postice attenuata exhibet.

---





RANA Gigas.  
*La Grenouille gigante.*

Tab. I.

# A M P H I B I A.

## Ordo IV. Ranae.

Animalia in statu embryonis apoda, caudata, branchiis respirantia, metamorphosi peracta tetrapoda, exunguiculata, ecaudata, nudiuscula, in aqua vel locis humidis degentia, tempore matutino, vespertino nec non nocturno conclamitantia, pulmonibus laryngeque arteria aspera destituta respirantia, mas pene non exstructus, foeminae crassiori insidens, ovula modo exclusa, rotunda, mollia, inter se conglutinata semine aspergendo fecundans, palmis tetra-, plantis penta dactylis, ventriculo auriculaque cordis imparibus, lingua antice connata, postice sublibera.

## GENUS I. RANA.

*Corpore plerumque laevi; parotidibus nullis; maxilla superiore denticulata; pedibus longioribus; digitis omnibus elongatis, cylindricis, plerumque non palmatis, apice non fimbriatis.*

## SPECIES I. RANA GIGAS. TAB. I.

Maxima, fusco-olivacea vel virescens, subtus et in hypochondriis flavicanti-maculata; ano supero; taenia utrinque pone oculum et altera ad latera dorsi geminis, nigris, granulosis.

**D**ESCRIP TIO. Corpus nudum, coriaceum, glabrum, supra fusco-olivaceum, subtus et ad hypochondria nigro-flavoque maculatum. Caput subelevatum, supra planum, antice obtusum, lateraliter obliquum; nares ovatae, minores, laterales; oculi viridi-aurei; os grande, ovatum; taeniae pone oculos binae, nigrae, granulosae, interior tenuior, lateralis versus hypochondria excurrens; fasciae vel maculae geminae, nigrae pone tympanum; dorsum hinc inde nigro-maculatum; gula et pectus fusca; pedes anteriores subtus pallide fusco-flavicantes, posteriores subtus, tarsusque supra flavo-nigroque maculati, maculis labyrinthicis; anus quam maxime superus; palma non palmata, planta vix palmata; digiti longissimi, maculati. Longitudo corporis 8'.

Habitat in locis paludosis fluminis Amazonum.

SPECIES 2. **RANA PACHYPUS.** TAB. II. FIG. 1. mas, 2. foemina.

Chalybeo-fusca, subtus pallide flavicans; dorso obscure sexlineato, maculis oblongis nigricantibus picto; capite gibbo; maxilla inferiore flavo nigroque fasciata; plantis subpalmatis; humero maris intumido; rudimento digiti palmae quinti interioris tuberculato.

**D**ESCRPTIO. Corpus subrobustum, laeve. Caput trigonum, non maculatum, antice tenuius, obtusum, postice gibbum; maxilla inferior flavo-nigroque fasciata; lingua cordiformis, postice obtuse bifurcata; dorsum chalybeo-fuscum, obscure sexlineatum, maculis nigris oblongis vel rotundis, pone occiput cordiformibus; taenia ab oculo ad tympanum naresque nigra; abdomen et pedes subtus pallide flavicantes, nigro-punctulati; gula magis fusca; hypochondria et anus flavo-nigroque maculatus. Pedes anteriores breves, humeris maris incrassatis, digito quinto palmae interiore, residuo, tuberculato; planta subpalmata; digiti longiores, medius externus longissimus. Longitudo corporis 4'.

Habitat in locis humidis Provinciae Rio de Janeiro. Foemina differt a mare femore pedis anterioris non incrassato. In museo brasiliano monacensi aservantur specimina decem.

Variet. 1. Pachypus juvenilis. Tab. III. Fig. 2. Capite acuto; colore dorsi magis coerulescente, maculis dorsi oculatis, regulariter positis; taenia supra tympanum, aliaque ab oculo ad nares magis conspicua, lineari; femoribus pedum posteriorum nigro-fasciatis; plantis non palmatis. An species diversa? Habitat in locis humidis Bahiae.


Variet. 2. Colore supra brunneo; lineis dorsi sex, longitudinalibus, elevatis, maculisque nigris magis irregularibus; capite postice plano. Habitat in locis aquosis Parae.





*RANA pachypus.* 1. mâle 2. femelle.  
*La Grenouille à pied renflé.*

Tab. II.



*RANA pagypus juv.*

*RANA mystacea 2 mas. 8 juveni*





1.  
RANA megastoma.  
*La Grenouille à bouche large.*

2.  
RANA scutata.  
*La Grenouille cuirassée.*

SPECIES 3. **RANA MYSTACEA.** TAB. III. FIG. 1. 3.

Mediocris, coerulescens; taenia per tympanum versus nares et ad maxillam superiorem nigra, alia utrinque intermedia alba; maxilla inferiore nigro-marginata; dorso immaculato, nigro-bipunctato et obscure nigro alboque bilineato; ano supra et lateraliter albo-lineato; digito plantae intermedio exteriori perlongiore.

**D**ESCRIPTIO. Corpus mediocre, supra coerulescens aut coeruleo-brunnescens, subtus lacteo-albicans, ad gulam et femora punctulis nigris adpersum. Caput depressum, acutiusculum; vitta nigra, longitudinalis per nares, oculos et tympanum, alia ad marginem maxillae versus humerum nigra, altera inter utramque intermedia alba; vesiculae respiratoriae nigrae; scapula utrinque nigro-oculata; dorsum immaculatum, coerulescens, utrinque longitudinaliter obscure albo nigroque lineatum; striae supra et ad latera ani albicantes; pedes, praecipue posteriores supra nigro-variegati vel subfasciati, lateraliter nigro-punctati; tarsus extrorsum nigro-limbatus. Longitudo corporis 2'.

Habitat ad Bahiam in aqua fluviali; differt ab illa prope flumen Solimoensia stria inter oculos nares et tympanum magis coarctata, lineis dorsi anique magis obscuris, albis. (An Foemina?) Specimina 2.

SPECIES 4. **RANA MEGASTOMA.** TAB. IV. FIG. 1.

Rufo-fusco nigricans, Bufoni similis, semipalmata; capite et ore grandissimis; palpebris membranose cornutis; dorso medio pallidior, laterali utrinque maculis, tribus, cordiformibus, echinatis.

**D**ESCRIPTIO. Corpus subrobustum, apice largissimum, postice angustius, supra nigricans, verrucosum, lateraliter dilutius brunneo-fulvum, fusco-striatum, subtus fuscum, nigro-granulosum. Caput trigonum, crassissimum, elevatum, glabrum, antice rectum, inter oculos membranose cornutos impressum, margine postoculari osseo prominente; occiput brevius; tympanum trapezoidum, vix conspicuum; nares minutae, laterales, ab ore distantes; oculi superi; palpebrae verrucosae, cornutae, cornibus

membranosis, cylindricis, apice acutis; os largissimum, rotundatum; maxilla superior denticulata, inferior edentata, apice intus subbifurcata; lingua rotundata, papillosa, non echinata, pone excisa; dorsum, praecipue postice et ad hypochondria echinatum, echinis subverrucosis, membranosis, in medio dorso cordiformiter positus; pedes supra verrucosi, posteriores semipalmati, extus ad tarsum tuberculati; digiti pedis posterioris sublongi, pedis anterioris breves, crassiores; anus superus, rotundus. Longitudo corporis  $3\frac{1}{2}'$ ; latitudo  $2\frac{3}{4}'$ .

Habitat, Curúruaçu appellata, in Brasiliae sylvis sub arboribus cavis. Specimen depictum juxta flumen Solimoëns prope pagum Avalaëns repertum est.

SPECIES 5. RANA SCUTATA. TAB. IV. FIG. 2.


Olivaceo-fuscens; capite subgrandi, scutato, toto osseo; palpebris breviter cornutis; lingua rotundata, pone non excisa.

**D**ESCRIPŦIO. Corpus mediocre, versus caput largum, versus femora tenue, breve, supra brunneo-fuscens, subtus pustulatum, cinerascens. Caput crassum, totum crustaceo-osseum, crenulatum, antice tenuius, subdeclive, vix elevatum, postice latum, subelevatum, versus nucham bifurcate emarginatum; palpebrae membranoso-cornutae, trigonae, breves, acutae; tympanum oblongum, reclinatum, occipite prominente tectum; maxillae ensiformes, superior denticulata, inferior non dentata, apice intus subaculeata; lingua rotunda, pone non excisa; pedes posteriores breves; tarsus subtus niger; digiti breves, bufonini, subtus tuberculati, plantae semipalmati. Longitudo corporis  $2\frac{1}{4}'$ .

Habitat in sylvis fluvii Solimoëns.







RANA palmipes.  
*La Grenouille palmipède.*

RANA coriacea.  
*La Grenouille coriaccè.*

## SPECIES 6. RANA PALMIPES. TAB. V. FIG. 1.

Olivaceo-fuscens, subtus fulvo-brunnea; digitis palmarum brevibus, liberis, plantae longis, large palmatis; capite et dorso planis; pedibus, praecipue posterioribus fulvo nigroque marmoratis.

**D**ESCRIPITIO. Caput subrobustum, supra olivaceo-nigricans, subtus fulvo-brunneum; caput trigonum, apice obtusiusculum, pone nares sulcatum, ad occiput planum, carinatum; lingua oblonga, pone bifurcata; dorsum planum, rectangulum, tuberculis vix conspicuis; hypochondria brunnescentia, pone, uti et pedes, praecipue posteriores, fulvo-nigroque labyrinthice marmorata vel tigrina; stria humeri intus nigra; pedes posteriores longi, toti palmati; palma eiusque digiti breves; planta digiti longi, tigrini, digitus secundus externus longissimus. Longitudo corporis  $3\frac{1}{2}$ ', digiti longissimi  $1\frac{1}{2}$ '.

Habitat, Gutaca vulgo nominata, in aquis stagnantibus fluminis Amazonum; foemina differt a mare abdomine crassiore, hypochondriis minus marmoratis. Spec. 4.

## SPECIES 7. RANA CORIACEA. TAB. V. FIG. 2.

Cinnamomea; membrana hypochondriorum pone crassiore, coriacea; digitis plantae brevibus, bufoninis, liberis, subtus tuberculatis.

**D**ESCRIPITIO. Corpus subrobustum, laevigatum, immaculatum, supra cinnamomeum, ad anum et gulam tuberculis reticulatum, pedibus et gula fuscioribus; caput breve, supra planiusculum, tympano impresso; lingua subrotunda, postice vix excisa; dorsum planiusculum, immaculatum; hypochondria versus femur crassiora, coriacea; pedes posteriores breviores; digiti palmarum plantaeque non palmati, subtus tuberculati, plantae breves, bufonini, annularis reliquis longior. Longitudo corporis 3', digiti longissimi 7''.

Habitat in aquis lacustribus fluvii Amazonum.

SPECIES 8. **RANA MILIARIS.** TAB. VI. FIG. 1.

Gracillima, supra nigricans, granulis punctisque albis munita, subtus cinerascens, albo punctata, posice ad femora coeruleascenti-variegata.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus exiguum, uti in hylis gracile et attenuatum, supra nigrum, punctis albis granulisque nigris obsitum, subtus cinerascens, albo-punctatum; caput depressum, ab oculis versus nares nigro-strigilatum, margine maxillarum albo-nigroque fasciato; tympanum brunneum; hypochondria nigro-maculata; pedes graciles, albo nigroque variegati, non palmati; digiti gracillimi. Longitudo corporis  $1\frac{1}{3}$ .



Habitat ad ripam fluminis Amazonum.

SPECIES 9. **RANA PYGMAEA.** TAB. VI. FIG. 2.

Fusco-brunnea, pygmaea; dorsa subgibbo; femoribus crassis, nigro-fasciatis; abdomine irregulariter rufo lineato.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus exiguum, pygmaeum, abbreviatum, subgibbum, supra immaculatum, fusco-brunneum, subtus fulvo-albicans, lineolis brunneis, praecipue ad gulam strigilatum. Caput breve; oculi protuberantes; dorsum fusco-brunneum, versus occiput subgibbosum; lingua fere tota extensilis; pedes anteriores breves, non crassi, posteriores crassi, nigro-fasciati, non palmati. Longitudo corporis 1'.

Habitat in Provincia Bahiae.



<sup>1</sup>  
RANA miliaris  
<sup>4</sup>  
HYLA lateristriga.

<sup>2</sup>  
RANA pygmaea

Tab. VI.

<sup>3</sup>  
HYLA ranoides.  
<sup>5</sup>  
HYLA albopunctata.



1. 2. *RANA labyrinthica*.

3. *HYLA affinis*.

SPECIES 10. **RANA LABYRINTHICA.** TAB. VII. FIG. 1. 2.

Olivaceo-fusca; capite pantherino; dorso nigro-pustulato et maculato; abdomine albo, lituris labyrinthi-  
cis, nigro-brunneis variegato.

**D**ESCRIP TIO. Corpus mediocre, supra olivaceo-coerulescenti-brunneum, subtus fulvo-albidum, lituris hieroglyphicis, brunneo-nigris variegatum. Caput supra pone subconvexum; nigro-bifasciatum, apice, infra oculos et ad marginem maxillarum nigro-fulvo alboque striatum; dorsum nigro-pustulatum et maculatum; abdomen et hypochondria fulvo-alba, hieroglyphis brunneo-nigris, confluentibus striata; pedes nigro-fasciati, subtus fulvo nigroque striati, non palmati; digiti haud longi, subtus flavo-tuberculati. Longitudo corporis  $2\frac{1}{4}$ ', digiti longissimi 6''.

Habitat in Provincia Rio de Janeiro.

SPECIES 11. **RANA BINOTATA.** TAB. XX. FIG. 3.

Brunneo-fusca, hylaeformis, subtus cinerascens; maculis in medio dorso geminis, ocellatis, nigris; stria supra tympanum, inter oculos ac nares nigra.

**D**ESCRIP TIO. Corpus hylaeforme, nudum, attenuatum, supra brunneo-fuscum, subtus cinerascens; caput crassiusculum, trigonum, subconvexum; stria inter oculos et nares, alia supra tympanum exiguum nigris; dorsum laeve, olivaceo-fuscum, in medio bioculatum, ocellis nigris; abdomen cinerascens, immaculatum; pedes graciles, nigro-variegati, posteriores longi; digiti non palmati, praecipue posteriores longi, hylaeformes, apice vix fimbriati, anteriores divaricati, subtus tuberculati. Longitudo corporis 2', digiti longioris 7'.

## GENUS II. H Y L A.

*Nuda, in arbustis frequenter vivens; digitis pedum subpalmatis, apice depressis, fimbriatis; parotidibus nullis.*

*Descriptio. Corpus depressum, nudum, non verrucosum, gracile, postice attenuatum, supra frequenter vivis laetisque coloribus pictum; oculi protuberantes; maxilla superior denticulata; tympanum conspicuum; lingua rotunda, antice connata, postice non excisa; parotides nullae; pedes longi, graciles, semipalmati; digiti omnes depressi, frequenter subaequales, apice fimbriati.*

## SPECIES 12. H Y L A R A N O I D E S. TAB. VI. FIG. 3.

*Exigua, fusco-nigricans; abdomine nigro-cinereoque lineolato; pedibus posterioribus supra fuscis, nigro-fasciatis; digitis ranaeformibus, elongatis, non palmatis, apice vix fimbriatis.*

**D**ESCRIP T IO. Caput planum, apice truncatum; maxilla inferior nigro-cinereo fasciata; abdomen albicans vel cinereum, fusco-brunneo variegatum; pedes posteriores subtus cinerei, fusco-variegati; digiti cylindrici, graciles, non palmati, apice subfimbriati. Longitudo corporis  $1\frac{1}{2}$ '.

Habitat in Provincia Bahiae. Specimina 3.


## SPECIES 13. H Y L A L A T E R I S T R I G A. TAB. VI. FIG. 4.

*Exigua, brunnescens supra, subtus flavicans; stria inter utrumque oculum transversa, nigra, alia ad latera dorsi fulva; macula pone tympanum nigra.*

**D**ESCRIP T IO. Corpus minutum, supra brunneum, subtus flavicans; stria supra inter oculos transversa nigra, duae aliae nigrae ad latera dorsi, cum linea fulva intermedia contiguae; oculi flavi. Longitudo corporis 1'.







1 HYLÆ albomarginata.

2 HYLÆ papillaris.

3 HYLÆ pardalis.

4 HYLÆ cinerascens.

SPECIES 14. **HYLA ALBOPUNCTATA.** TAB. VI. FIG. 5.

Exigua, supra rosea, subtus albicans; maxillis et tarso albo-marginatis; femoribus postice nigris, albo-punctatis.

**D**ESCRIPTIO. Corpus minutum, gracile, supra rosaceum, subtus albicans; maxilla, humerus tarsusque postice albo-marginati; stria ab oculis ad nares nigra; femora nigra hypochondriaque pone albo-punctata. Longitudo corporis 1'2".

SPECIES 15. **HYLA AFFINIS.** TAB. VII. FIG. 3.

Mediocris, supra fusco-nigricans, subtus cinerascens; femoribus pone coeruleo-oculatis; digitis apice large fimbriatis, posterioribus large palmatis.

**D**ESCRIPTIO. Corpus mediocre, Hylae nebulosae affine, cylindricum, supra fusco-nigrum, subtus coerulescenti-cinerascens; caput planum, ranaeforme; rostrum prominulum, declive; hypochondria et femora antice lineis nigris variegata; femora postice coerulea, oculata; tibiae hinc inde coeruleo-maculatae; digiti pedis posterioris palmati, anterioris non palmati, apice largius fimbriati. Longitudo corporis  $1\frac{3}{4}$

Habitat ad ripam fluminis Amazonum.

SPECIES 16. **HYLA ALBOMARGINATA.** TAB. VIII. FIG. 1.

Subexigua, supra rufo-brunnea, nigro-punctulata, inter oculos, tympanum, nec non pone tarsum et anum albo-marginata, subtus cinereo-alba.

**D**ESCRIPTIO. Corpus mediocre, depressum, supra rufo-brunneum, punctulis nigris plurimis conspersum, subtus ad hypochondria et infra oculos cinereo-coerulescens, subgranulosum, medio albicans; rostrum rotundatum; nares approximatae;

margo superciliarum, tympani, dorsi lateralis anterioris, ani superioris tarsorumque pone albus; pedes cinerascens, supra vix fusco-punctulati, posteriores longi; digiti omnes depressi, palmati, apice fimbriati. Longitudo corporis  $1\frac{3}{4}$ '.

Habitat in Provincia Bahiae.

SPECIES 17. **HYLA PAPILLARIS.** TAB. VIII. FIG. 2.

Minor, supra cinerascens-rosacea, albopunctulata, subtus nigricans, medio alba, palpebris anoque albicantibus.

**D**ESCRIP TIO. Corpus minutum, gracile, depressum, supra coeruleo-rosaceum, punctulis roseo-albicantibus numerosissime conspersum, subtus nigricans, in pectore medio album; palpebrae roseo-albae; anus tarsusque postice albo-marginati; digiti longi, posteriores subpalmati, subfimbriati. Longitudo corporis  $1\frac{1}{3}$ '.

Habitat sub foliis in sylvis prope Ecgam ad flumen Solimoens.

SPECIES 18. **HYLA PARDALIS.** TAB. VIII. FIG. 3.

Maior, supra brunneo-grisea, subaspera, subtus fulvo-alba; hypochondriis femoribusque nigro-fasciatis; digito minimo sive quinto palmae pedis subconspicuo, connato.

**D**ESCRIP TIO. Corpus Hyla viridi maius, supra subgranulosum, brunneo-griseum, nigricanti-maculatum et striatum, subtus fulvo-album, granulosum. Caput trigonum, apice breve, inter oculos impressum, ad marginem maxillarum albo-nigroque fasciatum; dorsum planum, brunneo-griseum, irregulariter fusco-marmoratum, granulis nonnullis obsitum; hypochondria albicantia brunneo nigro lineata, lineis octo, geminis, supra vix separatis; anus nigro-striolatus; pedes longi, grisei, posteriores fusco-annulati ac maculati; tarsus extus albo-submarginatus; digiti depressi, sub-





1. *HYLĀ trivittata*.

3. *HYLĀ bipunctata*.

2. *HYLĀ nigerrima*.

4. *HYLĀ variolosa*.

Tab. IX.

aequales, toti, palmati ac large fimbriati; digitus minimus palmae minutus, connatus. Longitudo corporis 2'.

Habitat in Provincia Rio de Janeiro. Specimina 2.

SPECIES 19. **HYLA CINERASCENS.** TAB. VIII. FIG. 4.

Subexigua, tota coeruleo-cinerea, immaculata.

**D**ESCRIPTIO. Corpus submediocre, supra et subtus cinereo-coerulescens, nudum; caput depressum, latum; palpebrae subfulvae; os rotundatum; lingua tota connata; pedes large palmati et fimbriati; digitus quintus palmae deficiens. Longitudo corporis  $1\frac{1}{2}$ '.

Habitat ad pagum Ecgá prope flumen Teffé.

SPECIES 20. **HYLA TRIVITTATA.** TAB. IX. FIG. 1.

Submediocris, nigerrima; taeniis dorsi tribus, longitudinalibus aureo-flavis et post mortem coeruleo-fulvis, alia infra oculum versus humerum; pedibus palmatis, submaculatis, maculis supra oblongis, subtus rotundatis.

**D**ESCRIPTIO. Corpus maiusculum, laeve, quadrangulum, subtus nigerrimum, aureo-flavo et post mortem coeruleo-fulvo-taeniatum; taeniae tres, longitudinales, flavo-aureae, alia brevis infra oculum ad humerum; maculae fulvae supra pedes oblongae, subtus rotundatae. Caput lacertinum, breve, apice tenuius, truncatum, naribus distantibus; lingua oblonga, extensilis; maxillae pone coeruleo-fulvo maculatae; digiti omnes sublongi, epalmati, apice mediocriter fimbriati. Longitudo corporis  $1\frac{3}{4}$ '.

Habitat in sylvis humidis juxta flumen Teffé; mas a foemina vix crassiore non differt. Specimina 6.



SPECIES 21. **HYLA NIGERRIMA.** TAB. IX. FIG. 2.

Submediocris, statura speciei praecedenti similis, tota nigerrima.

**D**ESCRIP TIO. Corpus maiusculum, nigerrimum, immaculatum. Caput lacertinum, tetragonum, altum, antice truncatum; lingua oblonga, fere tota libera; pedes digitique longiores, ranaeformes, graciles, non palmati, apice subtiliter fimbriati. Longitudo corporis  $1\frac{3}{4}$ '.

Habitat gregaria sub gramine in foraminibus terrestribus juxta pagum Ecgá, noctu voce clara, non unisona clamitans; foemina mare parum maior. Spec. 5.

SPECIES 22. **HYLA BIPUNCTATA.** TAB. IX. FIG. 3.

Minor, rosea; dorso medio nigro-bipunctato; ano infra albo-bipunctato; linea inter oculos transversa, fusca; tarso pone breviter calcarato.

**D**ESCRIP TIO. Corpus minus, supra roseum, infra flavo-albicans, granulösium. Caput rotundatum, breve, inter oculos transverse fusco-lineatum; stria versus nares approximatas V-formi; lingua rotunda, connata, pone vix excisa; dorsum medium nigro-bipunctatum, lateraliter margine subfimbriato; pedes graciles, rosei, supra obsolete fusco-fasciati; digiti subaequales, palmati, extus albo-marginati; anus supra albo-marginatus; metatarsus subtus fulvo-grulosus, fulvo bipunctatus. Longitudo corporis 1'.

Habitat in Provincia Bahiae, foemina mare parum maior.





1. *HYLA* coerulea .

2. *HYLA* stercoracea .

3. *HYLA* strigilata .

4. *HYLA* nebulosa .

Tab. X.

SPECIES 23. **HYLA VARIOLOSA.** TAB. IX. FIG. 4.

Submediocris, supra rosea; maculis exiguis flavo-fulvis; dorso ad latera longitudinaliter fulvo-marginato; abdomine ochraceo, granuloso, immaculato.

**D**ESCRIPTIO. Corpus submediocre, cylindricum, supra planum, laeve, maculis exiguis, subrotundis, plurimis, flavo-fulvis variegatum, subtus ochraceum, granulatum. Caput breve, ab oculis versus nares approximatas angulatum, fulvo-lineatum; oculi grandes, protuberantes, rubri; os rotundum; lingua rotunda, connata; dorsi latera utrinque longitudinaliter fulvo-lineata; pedes supra fulvo-punctati, subtus ochracei; digiti subaequales, large fimbriati, posteriores palmati. Longitudo corporis 1'.

Habitat in sylvis fluminis Amazonum.

SPECIES 24. **HYLA COERULEA.** TAB. X. FIG. 1.

Submediocris, supra violacea, subtus fulva, femoribus et hypochondriis pone lineis hieroglyphicis fulvis variegatis.

**D**ESCRIPTIO. Corpus submediocre, subtiliter granulatum, supra unicolor, violaceum, subtus fulvum. Caput breve, apice subrotundum; oculi protuberantes; nares approximatae; lingua lata, connata, pone sinuato-marginata; dorsum subgranulosum; hypochondria et femora tibiaeque retrorsum maculis exiguis fulvis liturisque nigricantibus; digiti depressi, subaequales, large fimbriati, posteriores palmati. Longitudo corporis  $1\frac{1}{3}$ '.

Habitat sub foliis prope pagum Ecgá ad flumen Solimoëns; mas foemina parum crassior. Spec. 2.

SPECIES 25. **HYLA STERCORACEA.** TAB. X. FIG. 2.

Mediocris, supra brunneo-fusca; striis dorsi lateralibus obliquis, albis; femoribus albo-fasciatis; abdomine albicante, nigro-variegato.

**D**ESCRIP TIO. Corpus submediocre, supra brunneo-fuscum, subtus pallide ochraceum. Caput depressum; lingua ovata, connata; dorsum punctis nigris, plurimis conspersum; pedes unicolores, brunneo-fusci; digiti posteriores longiores, subpalmati, sublarge fimbriati. Longitudo corporis  $1\frac{3}{4}$ '.

Habitat in sylvis fluminis Teffè.

SPECIES 26. **HYLA STRIGILATA.** TAB. X. FIG. 3.

Mediocris, supra brunneo-fusca; striis dorsi lateralis obliquis, albis; femoribus albo-fasciatis; abdomine albicante, nigro-variegato.

**D**ESCRIP TIO. Corpus mediocre, laeve, supra brunneo-fuscum, subtus cinereo-albicans, lituris fuscis variegatum; caput planum, infra oculos albo-bistriatum, ore rotundato, naribus subapproximatis; dorsi latera utrinque oblique albo striata; hypochondria fusca, antice albo-bimaculata, pone albo-oculata; femora nigra, albo-fasciata; digiti longiores, ranaeformes, posteriores subpalmati, apice subfimbriati. Longitudo corporis  $1\frac{3}{4}$ '.

Habitat in Provincia Bahiae.





<sup>1</sup> <sup>2</sup> *HYLA geographica* .2 *varietus*

<sup>3</sup> *HYLA X-signata*

<sup>4</sup> *HYLA abbreviata*



SPECIES 27. **HYLA NEBULOSA.** TAB. X. FIG. 4.

Submediocris, brunneo-fusca; hypochondriis nigro-maculatis; femoribus coeruleo-oculatis; abdomine pallide ochraceo.

**D**ESCRIPTIO. Corpus submediocre, supra brunneo-fuscum, subtus pallide ochraceum. Caput depressum ore rotundato; hypochondria subochracea, nigro maculata; femora antice nigro-liturata, postice coeruleo-ocellata; pedes posteriores semipalmati, subfimbriati. Longitudo corporis  $1\frac{1}{4}$ '.

Habitat in sylvis prope flumen Teffé.

SPECIES 28. **HYLA GEOGRAPHICA.** TAB. XI. FIG. 1.

Magna, brunnescente-ochracea, subtus fulvenscens, immaculata; macula dorsi X-formi, nigra, larga; femoribus nigricanti-strigilatis; linea dorsi anterioris intermedia longitudinali nigra nulla.

**D**ESCRIPTIO. Corpus robustum, supra subdepressum, pallide rufescens, nigro-maculatum, subtus fulvenscens, subgranulosum, punctis nonnullis nigris, praecipue ad marginem maxillae inferioris. Caput planum, sublatum, inter oculos et nares subapproximatas subangulatum; os rotundatum; oculi aurei, protuberantes; tympanum largum, rotundum; lingua oblonga, connata; macula, supra inter oculos nigra; dorsum subdepressum, maculis binis, nigris, largis notatum, quarum prima X-formis, pone oculos bifurcata, postice lata, lateraliter albo-marginata, retrorsum excavata, secunda tenuior, angulata, extrorsum patens; hypochondria subtiliter nigro strigilata; fasciae femoris plurimae, geminae, lineares, nigrae, reliqui pedis latae, rariores; digiti depressi, subaequales, palmati, apice late fimbriati, pone ad tarsum breviter membranoso-calcarati. Longitudo corporis 2'.

Habitat in sylvis prope flumen Teffé.

SPECIES 29. *H. GEOGRAPHICA* VAR. SIVE *SEMILINEATA*.

TAB. XI. FIG. 2.

Maior, rufa, palmipes, subtus ochracea, nigro-punctulata; linea a rostro ad medium dorsum longitudinali, nigra; dorso nigro-himaculato, lateraliter angulato; femoribus pone, nigricantibus.

**D**ESCRIPITIO. Corpus *Hyla geographica* robustius, supra depressum, planum, rufescens, subtus flavo-ochraceum abdomine et femoribus subtus nigro-punctulatis. Caput sublatum, inter oculos protuberantes subimpressum, iminaculatum, versus nares subapproximatas angulatum; os rotundatum, flavo-marginatum; tympanum rotundum; lingua cordiformis, connata, non excisa; linea a rostro usque ad dorsum medium intermedia longitudinalis, nigricans; dorsum planum, rufescens, lateraliter angulatum, maculis quatuor rufo-castaneis, quarum anterior versus oculos linearis, bifurcata, pone subcordiformis, secunda utrinque lateralis, minor, postica intermedia transversa, subfasciformis; hypochondria nigro-punctulata et nigro-strigilata; pedes supra late castaneo-fasciati; femora supra rare nigro-strigilata, postice nigricantia, medio anguste rufo-rosea, fasciata; digiti depressi, palmati, subaequales, apice late fimbriati, pone ad tarsum breviter calcarati. Longitudo corporis  $2\frac{1}{4}$ '.

Habitat in arboribus Provinciae Rio de Janeiro.

SPECIES 30. *HYLA X-SIGNATA*. TAB. XI. FIG. 3.

Subexigua, brunnescens, subtus cinerascens; maculis dorsi duabus fuscis, X-formibus; pedibus fusco-maculatis.

**D**ESCRIPITIO. Corpus subexiguum, supra pallide brunnescens, subgranulosum, subtus immaculatum, flavicanti-virescens. Caput planum, subacutum, supra inter oculos fusco-fasciatum, lateraliter inter oculos et nares approximatas nigro-striatum, pone tympanum fusco-maculatum; maxillae fusco-bifasciatae; dorsum maculis binis x-formibus signatum; hypochondria fusco-sublaturata; pedes supra fusco-maculati, antice et postice nigro-laturati; digiti ranaeformes, subfimbriati, posteriores subpalmati. Longitudo corporis  $1\frac{1}{2}$ '.

Habitat in Provincia Bahiae.





1.  
HYLA sionalis .  
*La Rainc sionale .*

2.  
HYLA bufonia .  
*La Rainc Crapauvine .*

SPECIES 31. *HYLA ABBREVIATA*. TAB. XI. FIG. 4.

Mediocris, olivaceo-fusca, nigro-maculata; corpore abbreviato; capite crasso, alto; digitis bufoninis, non palmatis.

**D**ESCRIP TIO. Corpus mediocre, supra olivaceum, nigrofusco-maculatum, subtus ochraceum. Caput ovatum, crassum, postice gibboso-elevatum, undulate fusco-maculatum, vix dimidio brevius quam truncus; stria pone nares subapproximatas nigra; maxillae et pedes supra nigrofusco-fasciati; dorsum maculis nonnullis transverse undulatis ocellisque variegatum; striae ad anum nigrae, latae; pedes posteriores longi; digiti non palmati, bufonini, subtus tuberculati, apice subfimbriati. Longitudo corporis  $1\frac{3}{4}$ ', capitis 9''.

Habitat in sylvis fluminis Amazonum.

SPECIES 32. *HYLA ZONATA*. TAB. XII. FIG. 1.

Grandis, rufescens; pedibus coerulescenti-fasciatis, large palmatis et fimbriatis; dorso medio longitudinaliter late cinnamomeo.

**D**ESCRIP TIO. Corpus robustum, depressum, laeve, supra rufescenti-brunneum, subtus laeve, flavo-albicans, vix fusco-punctatum. Caput planum, brunneum, ore rotundato; maxilla inferior flavo-marginata; stria utrinque pone tympanum nigro-fusca; vesiculae respiratoriae nigrae; dorsum medium a rostro usque ad anum longitudinaliter late cinnamomeo-fasciatum, utrinque nigro-coeruleo marginatum; hypochondria brunneo-sublitturata; pedes subvalidi, late nigro vel coerulescenti-fusco fasciati; digiti depressi, subaequales, large palmati et fimbriati, apice lentiformes. Longitudo corporis  $2\frac{1}{2}$ '.

Habitat in arbustis et arboribus ad flumen Teffé.

SPECIES 33. **HYLA BUFONIA.** TAB. XII. FIG. 2.

Grandis, nigro vel chalybeo-fusca, subtus fulva, granulosa; digitis plantae late fimbriatis; pollice palmae subcrasso, nigro.



**D**ESCRIPITIO. Corpus robustum, subgibbum, supra nigro-chalybeo-fuscum, subgranulosum, subtus fulvum, granulis reticulatum. Caput planum, largum, rotundatum; nares laterales; vesiculae respiratoriae nigrae; dorsum subgibbum, chalybeo olivaceoque fuscum, immaculatum; hypochondria granuloso-rugosa; pedes subvalidi, chalybeo olivaceoque fuscii, subtus olivacei; digiti depressi, subaequales, subtus tuberculati, apice lenticulati, anteriores vix paluati, posteriores large palmati; pollex palmae incrassatus, niger. Longitudo corporis  $2\frac{3}{4}$ .

Habitat prope Ecga in sylvis.

SPECIES 34. **HYLA BICOLOR.** TAB. XIII. FIG. 1. Foem. 2. Mas.

Maxima, coerulea, utrinque ad latera linea ocellisque albis marginata, subtus fulva.

**D**ESCRIPITIO. Corpus omnium Hylarum fere maximum, depresso-planum, supra coeruleum vel subvirescenti-coeruleum, immaculatum, subtus fulvum, granuloso-crenulatum. Caput planum, latum obtuse trigonum; nares approximatae; os obtuse angulatum; palpebrae et maxilla inferior albo-maculatae; tympanum subimpersum, rotundum; lingua subrotunda, postice libera, excisa; dorsum applanatum, postice attenuatum et, uti hypochondria, coeruleum, ab angulo maxillarum usque ad femur maculis subrotundis, fulvo-albis marginatum; anus inferus, supra fulvo-albo limbatus, subtus utrinque macula rotunda, fulvo-alba signatus; pedes validi, longi, supra virescenti-coerulei, subtus fulvi; femora et tibia antice et postice maculis fulvo-albis limbata; tarsus pedis subtus virescens, extrorsum linea fulvo-alba limbatus, introrsum cum digitis tribus interioribus fulvus, maculis rotundis, fulvis marginatus; humerus dimidius fulvus, medio fulvo-oculatus, antrorsum olivaceo-coeruleus; brachium olivaceo-coeruleum, introrsum fulvo-oculatum ac fulvum, extrorsum linea fulvo-alba marginatum, subtus olivaceum, antice puncto fulvo no-



BUFFA bicolor. 1. Form 2. Mus.

*Ranette bicolor.*

Tab. XIII.





1.  
BUFO maculiventris.

2.  
BUFO narius.

3.  
BUFO nasutus.

tatum; digiti plani, subaequales, apice large lenticulati, anteriores non, posteriores vix palmati, subtus subtuberculati; pollex palmae distans, crassior, introrsum niger. Longitudo corporis foeminae 5', maris 4'.

Habitat sub nomine „Guta ca“ prope Tonantin, flumen laterale fluvii Solimoëns; foemina mare crassior differt pectore maculato ab illa, quam Daudinius incognitam quoad patriam in libro suo: „Histoire naturelle des Rainettes, des Grenouilles et des Cra-pauds. Paris. An XI. 4to. pag. 22.“ depingi curavit.

### GENUS III. B U F O.

*Corpore verrucoso; dentibus maxillaribus nullis; parotidibus extus conspicuis, crassis; digitis apice non fimbriatis, anterioribus divaricatis, posterioribus abbreviatis, palmatis.*

*Descriptio. Corpus obtusum, subgibbum, verrucis maculisque obscurioribus horridum; caput osseum, elevatum, supra angulate marginatum; maxillae edentatae; lingua elliptica, pone libera, non excisa; tympanum conspicuum; parotides extus conspicuae, crassae; pedes breviores; digiti planiusculi, non lenticulati, posteriores breves, inaequales, subpalmati.*

#### SPECIES 35. BUFO MACULIVENTRIS. TAB. XIV. FIG. 1.

Grandis, olivaceo flavo-virescens, subtus virescenti-flavicans, maculis nigris variegatus.

**D**ESCRIP TIO. Corpus robustum, supra unicolor olivaceo-flavo-virescens, verrucis pisiformibus aliisque minoribus asperum, subtus virescenti-flavicans, reticulatum, maculis nigris, orbicularibus vel striaeformibus conspersum. Caput trigonum, supra excavatum, heptagono-marginatum; oculi palpebris verrucosis cristaque ossea longitudinali antice et postice muniti; nares minutae, laterales; parotides oblongae, crassae, multiporosae; dorsum subplanum, verrucosum, medio longitudinaliter verrucis maioribus obsitum; planta palmaeque pedis subtus tuberculatae, tuberibus pone geminis; digitus plantae annularis reliquis longior. Longitudo corporis  $5\frac{1}{3}$ '.

Habitat, Xué cognominatus (Sapo de Boy), in sylvis et aquis paludosis ad ripam fluminis Solimoëns. Spec. 4.

## SPECIES 36. BUFO AGUA. TAB. XV.

Giganteus, supra olivaceo-brunneus, subtus immaculatus.

**D**ESCRIPTIO. Corpus robustissimum, supra olivaceo-brunnescens, verrucis pisi-formibus munitum, subtus flavicans, immaculatum, reticulatum. Caput breve, supra excavatum, ad latera acute marginatum, pone nares minutas impressum; parotides crassae, cordiformes, multiporosae; dorsum planiusculum, antice parum verrucosum; palma plantaeque pedis subtus non tuberculatae; digiti plantae subpalmati; digitus plantae annularis elongatus, pollex palmae crassus, subdivaricatus. Longitudo corporis 9'; latitudo corporis  $4\frac{3}{4}'$ , femoris 2'

Habitat, Xuéaçu appellatus, prope Marabitannas in sylvis ad ripam fluvii Nigri, ab incolis nutrimenti causa canibus investigatus. Specimen a me depictum illi Daudinii descriptionique Merremii minus congruae haud convenit. Spec. 2.

## SPECIES 37. BUFO ICTERICUS. TAB. XVI. FIG. 1.

Grandis, cacaotico-brunnescens, linea dorsi medii longitudinali, maculisque irregularibus, albo-flavis supra et subtus-variegatus.

**D**ESCRIPTIO. Corpus robustum, subverrucosum, supra cacaotico-brunneum, maculis fulvis, subtus fulvum, maculis brunneis, irregularibus, cohaerentibus variegatum. Caput supra excavatum, angulate marginatum, infra oculos impressum; parotides crassae, oblongae, lateraliter subcompressae; dorsum medium longitudinaliter fulvo-albo-lineatum, lateraliter maculis parvis, fulvo-albis conspersum; hypochondria brunnescentia, flavoalbo-maculata sive taeniata; abdomen flavo-album; maculis sive lituris brunneis, irregulariter cohaerentibus variegatum; pedes brunnei, flavo-albo-maculati; planta subpalmata palmaque supra flavo-albo maculatae; pollex manus vix divaricatus. Longitudo corporis  $5\frac{1}{2}'$ .

Habitat in sylvis et arboribus cavis Provinciae Rio de Janeiro, noctu voce rauca ululans. Spec. 2.




BUFO Agua.  
*Le Crapaud Agua.*

Tab. XV.







1.  
BUFO ictericus.  
*Le Crapaud verticillé.*

2.  
BUFO ornatus.  
*Le Crapaud orné.*



2



2

1.  
BUFO Lazarus.

*Le Crapaud lépreux.*

2.  
BUFO dorsalis.

*Le Crapaud marqué d'une ligne au dos.*

Tab. XVII.



## SPECIES 38. BUFO ORNATUS. TAB. XVI. FIG. 2.

Mediocris, olivaceo-virescens; dorso medio longitudinaliter fulvo-lineato, lateraliter nigro-maculato; pedibus epalmatis.

**D**ESCRIPŦIO. Corpus mediocre, supra olivaceo-virescens, verruculis rufis hispidum, subtus virescenti-flavicans, rufo-granulosum. Caput planum, supra vix impressum, antice subacutum, versus occiput nigro-bimaculatum, infra oculos protuberantes fulvo-fasciatum; maxillae rufoflavo-maculatae; tympanum nigricans; parotides parvae, semilunares; regio pone parotides et versus hypochondria nigro-fuscata; dorsum verruculis hispidum, medio longitudinaliter usque ad anum fulvoalbolineatum, medio lateraliter maculis tribus nigerrimis, geminis, subcruciformibus notatum, pone parotides angulate marginatum; abdomen immaculatum, fulvum, granulis rufis asperum; anus subtus rufo-strigilatus; pedes nigro-fasciati, verruculosi, verruculis medio nigro-punctatis; digiti epalmati, subtus rufo-tuberculati, palmae divaricati. Longitudo corporis  $2\frac{1}{4}$ '.

Habitat in Provincia Rio de Janeiro. Spec. 2.

## SPECIES 39. BUFO LAZARUS. TAB. XVII. FIG. 1.

Grandis, olivaceo-virescens, verrucis nigro-punctulatis hispidus; digitis apice nigricantibus.

**D**ESCRIPŦIO. Corpus robustum, supra olivaceo-virescens, verrucis multiporosis, nigro-punctatis hispidum, subtus brunneo-flavicans, reticulatum. Caput breve, supra verrucis asperum, vix excavatum, nec acute marginatum; tympanum semilunare; gula verruculosa; parotides crassae, rotundae, punctulis nigris sublituratae; verrucae dorsi pedumque maiores et minutissimae, multiporosae nigroque punctulatae, hispidae; planta pedis subpalmata, subtus verrucosa; digitus palmae interior brevissimus, digiti reliqui divaricati, apice nigri. Longitudo corporis 5'.

Habitat in sylvis fluvii Amazonum. Spec. 2.

SPECIES 40. **BUFO DORSALIS.** TAB. XVII. FIG. 2.

Mediocris, olivaceo-brunnescens; dorso medio longitudinaliter fulvo-lineato, nigro non maculato.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus mediocrè, supra verrucis, uniporosis asperum, olivaceo-cinereascens, subtus flavicans, rufo-granulosum. Caput planiusculum, vix angulate marginatum; maxillae flavicantes; parotides coarctatae, semilunares; dorsum planiusculum, medio longitudinaliter usque ad anum fulvo-lineatum, pone parotides fulvo-maculatum nigroque strigilatum; pedes obscure fusco-fasciati; femora postice aurantio-punctata; digiti subtus tuberculosi, palmae aurantii, non divaricati, plantae vix palmati. Longitudo corporis  $2\frac{1}{2}$ '.

Habitat Bufoni scabro et ornato affinis in Provincia Rio de Janeiro. Spec. 5.

SPECIES 41. **BUFO STELLATUS.** TAB. XVIII. FIG. 1.

Grandis, nigricans, laevis; hypochondriis femoribusque aurantio-maculatis vel ocellatis.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus robustum, supra olivaceo-nigricans, non verrucosum, immaculatum, subtus fulvum, fusco-sublaturatum. Caput supra excavatum, acute marginatum, ad latera occipitis impressum et cristatum; tympanum coarctatum, oblongum; parotides semilunares, exiguae; dorsum nigricans, immaculatum; hypochondria olivaceo-nigra, a tympano usque ad femora aurantio-maculata sive ocellata; anus supra aurantio-lineatus; pedes longi; femora supra, praecipue postice aurantio-maculata; calcaneum introrsum aurantio-marginatum; planta subpalmata, subtus nigro-subtuberculata; digiti omnes longiores, cylindrici. Longitudo corporis  $4\frac{1}{2}$ '.


Habitat in Provincia Bahiae.



1  
BULLIO stellatus.  
*Le Crapaud étoilé.*



2  
BULLIO albicans.  
*Le Crapaud blanc.*



1.  
IBUFO Scaber.

2.  
IBUFO Ephippium.

3.  
RANA bimotata.

## SPECIES 42. BUFO ALBICANS. TAB. XVIII. FIG. 2.

Submediocris, brunnescenti-albicans; maxillis albo-maculatis; femoribus nigrobrunneo-fasciatis; dorso laterali nigro-strigilato.

**D**ESCRIPTIO. Corpus submediocre, supra brunnescenti-albicans, verrucosum, subtus albicans vel fulvescens, nigro-strigilatum vel maculatum. Caput planiusculum, antice breve, subacutum; maxilla superior fusco alboque fasciata; parotides exiguae, semilunares, albae; dorsum verrucosum, verrucis albidis, serie longitudinali in medio dorso geminis, maioribus; linea alba dorsi medii longitudinalis, obsoleta; hypochondria albicantia, fusco-maculata, serie verrucularum albarum marginata; pedes fusco-fasciati; femora fusco-strigilata; digiti fusco-maculati, subtus tuberculati, flavi, posteriores breves, semipalmati. Longitudo corporis  $1\frac{3}{4}$ .

Habitat ad flumen Nigrum. Spec. 2.

## SPECIES 43. BUFO SCABER. TAB. XX. FIG. 1.

Mediocris, fusco-ochraceus, verrucis exiguis, multiporosis, nigro-punctatis hispidus; dorso non lineato, nec maculato; femoribus postice aurantio-punctulatis.

**D**ESCRIPTIO. Corpus mediocre, supra verruculosum, fusco-ochraceum, subtus flavicans, aurantio-granulosum. Caput supra subimpressum, vix acute marginatum; maxillae aurantio-maculatae; tympanum subrotundum, antice infra nigro-maculatum, postice nigro aurantioque striatum; parotides semilunares, exiguae; dorsum pedesque verruculis multiporosis, nigro-punctatis hispidi; pedes nebulose fusco-fasciati; femora postice aurantio-punctulata nigroque striata; digiti flavicantes, plantae postice subtus bituberculatae breviores, subpalmati, subtus subechinati, pollex, nec non index palmae nigricantes. Longitudo corporis  $3\frac{3}{4}$ .

Habitat in Provincia Rio de Janeiro, specimini a Daudinio pag. 94. monstruose depicto haud dissimilis. Spec. 2.

SPECIES 44. **BUFO EPHIPIUM.** TAB. XX. FIG. 2.

Minutus, coerulescenti-ochraceus; capite supra dorsoque medio nigro-fasciatis; maxillis oculisque nigro marginatis; tympano nigro.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus minutum, laeve, supra et subtus olivaceo-ochraceum. Caput depressum, supra crucis instar nigro-fasciatum; fascia dorsi medii nigra, larga, ephippio similis; pedes unicolores; digiti palmae plantaeque pedum trini (an pullus?), non palmati. Longitudo corporis 8'.

Habitat in Provincia Bahiae.

SPECIES 45. **BUFO ALBIFRONS.** TAB. XIX. FIG. 2.

Exiguus, laeviusculus, albicans, nigro-maculatus; fronte albicante; macula dorsi medii alba, aliis dorsi postici geminis nigris; digitis non palmatis; parotidibus vix conspicuis.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus exiguum, abbreviatum, supra laeviusculum, albescens, nigro fasciatum et maculatum, subtus fulvo-album. Caput breve, acutiusculum, supra planiusculum, pone et inter oculos late nigro-fasciatum, versus nares albo-maculatum; os rotundatum; lingua oblonga, non excisa; maxilla superior edentata, antice nigricans, postice albo nigroque fasciata; tympanum vix conspicuum; gula alba, nigro-strigilata; parotides vix conspicuae; dorsum nigrum, medio albo-maculatum, postice versus anum albo-lineatum, lateraliter ocellis nigris geminis notatum; hypochondria grisea, transverse nigro bifasciata; anus infra albicans; pedes anteriores albicantes, nigro-conspersi, extrorsum nigro-lineati, posteriores albo nigroque fasciati; planta non palmata, subtus pone flavonigro-trituberculata, palma unituberculata. Longitudo corporis 10''

Habitat in Provincia Bahiae. Specimina 2.



12  
BUFO globulosus.  
*Le Crapaud globuleux.*

2  
BUFO albifrons.  
*Le Crapaud à front blanc.*





SPECIES 46. **BUFO GLOBULOSUS.** TAB. XIX. FIG. 1.

Mediocris, gibboso-globulosus, supra nigro-maculatus, fusco-brunnescens; pedibus brevioribus; femore cum lumbis connato.

**D**ESCRIP TIO. Corpus mediocre, globuloso-tumescens, sacciforme, supra granuloso-subhispidum, brunneo nigroque maculatum, antice medio longitudinaliter brunneo-lineatum, subtus unicolor fulvo-brunnescens. Caput brevissimum, apice acutum, orbitis praegrandibus, rotundis, acute marginatis; rostrum declive, supra inter nares subsulcatum; regio circa tympanum exiguum et occiput granulis hispida; lingua elongata, pone tota libera; parotides oblongae, exiguae, vix distinctae; dorsum gibbosum, granulatum, brunneo fuscoque maculatum, anterius medio longitudinaliter brunneo-lineatum; pedes abbreviati, aequae brunneo fuscoque maculati; femur et humerus cum lumbis connatus; digiti flavicantes, subtus flavo-tuberculati, posteriores breves, subpalmati. Longitudo corporis 2'.

Habitat ad flumen Itapicuru.

GENUS IV. **OXYRHYNCHUS.**

*Corpore bufonino, non verrucoso sed granuloso; capite brevi, acute rostrato; maxilla superiore pone angulato-elevata; femoribus cum lumbis connatis; parotidibus exiguis, vix conspicuis.*

SPECIES 47. **BUFO NARICUS.** TAB. XIV. FIG. 2.

Subexiguus, brunnescens; rostro brevi, subprominulo; maxilla pone minus elevata; pedibus nigro-fasciatis; abdomine pallide brunneo, immaculato.

**D**ESCRIP TIO. Corpus subexiguum, depressum, supra vix granulatum, fusco-brunnescens, subtus ochraceum, immaculatum, flavo-granulosum. Caput breviusculum, apice acutum, prominulum, supra planiusculum, sublatum, orbitis oblongis, vix acute

marginatis; nares approximatae; maxilla superior postice angulate subelevata; tympanum breve, semicirculare, supra acute marginatum; parotides coarctatae, exiguae; dorsum planum, immaculatum; pedes nigro-subfasciati; femora cum lumbis connata; humeri liberi; digiti breves, ochracei, subtus flavo-tuberculati, posteriores palmati. Longitudo corporis  $1\frac{1}{2}$ '.

Habitat ad flumen Amazonum.

SPECIES 48. BUFO NASUTUS. TAB. XIV. FIG. 3.

Subexiguus, fusco-brunneus, granulis subhispidus; rostro acute prominulo; maxilla pone acute angulata et elevata; occipite minus largo, lateraliter fasciato et bicristato; pedibus large nigro-fasciatis; tarsi subtus nigri, lateraliter erenulatis; abdomine fusco-maculato sive punctato.

**D**ESCRIP TIO. Corpus subexiguum, depressum, supra granulosum, brunneo-fuscum, subtus laeve, fusco-maculatum sive lituratum. Caput acute trigonum, antice depressum, postice magis altum, supra medio subsulcatum, pone angustius, lateraliter foveatum et cristato-marginatum; nares approximatae, prominentes; orbita antice non acute marginata; maxilla superior pone elevata, acute angulata; lingua subrotunda, pone sublibera; parotides exiguae, semi-circulares; dorsum planum, granulosum, granulis rotundis, ad pedes asperis; pedes fusco-fasciati; femora parum cum lumbis connata; tarsi subtus nigri, lateraliter rufo-granulati; digiti anteriores subtus flavo-tuberculati, posteriores breves, subpalmati. Longitudo corporis 2'.

Habitat ad flumen Amazonum; an Bufo nasutus *Schneideri*?





1. *BUFFO semilineatus.*

2. *BUFFO granulosus.*

3. *BUFFO acutirostris.*

4. *BUFFO proboscideus.*

## SPECIES 49. BUFO SEMILINEATUS. TAB. XXI. FIG. 1.

Subexiguus, nigro-cinerascens; capite supra orbitam subcristato, supra tympanum utrinque foveato; linea dorsi posterioris medii longitudinali albicante; pedibus longis, nigro-fasciatis.

**D**ESCRIPTIO. Corpus exiguum, supra albo-granulosum, nigricanti-cinerascens, subtus fuscescens, albo subpunctatum vel granulosum. Caput subgibbum, supra orbitas cristatum, supra tympanum utrinque foveatum, apice obtusiusculum, medio late subsulcatum, postice medio tuberoso-asperum; maxilla superior postice subelevata, albo-fasciata, utrinque albo-tripunctata; lingua pone libera, prolongata; parotides exiguae, semi-ovatae, lunares; dorsum albo-verruculosum vel punctulatum, postice medio albo-lineatum; pedes longiores, nigro-variegati et fasciati; digiti breves, subtus albo-subtuberculati, posteriores vix palmati. Longitudo corporis  $1\frac{3}{4}$ .

Habitat ad flumen Itapicuru.

## SPECIES 50. BUFO GRANULOSUS. TAB. XXI. FIG. 2.

Subexiguus, cinnamomeus, granulis punctisque nigris subhispidus; pedibus nigro-, abdomine rufo-fusco maculatis; rostro minimo, acuto; maxilla pone vix elevata.

**D**ESCRIPTIO. Corpus subexiguum, supra cinnamomeum, granulis hispidum, subtus ferrugineum, fusco-lituratum. Caput breve, acutum, supra granulosum, acute non marginatum, angustum, pone utrinque vix foveatum; nares approximatae, prominulae; maxilla pone vix elevata, albo-maculata; lingua rectangula, pone libera, prolongata; parotides vix distinctae, pone impressae; dorsum granulis hispidum, punctis striisque nigris conspersum; hypochondria rufa, nigro-striata; anus supra rufo-lineatus; pedes abbreviati, nigro-maculati, subtus ochracei; digiti flavicantes, subtus flavo-subtuberculati, posteriores breves, non palmati. Longitudo corporis  $1\frac{1}{3}$ .

Habitat in Provincia Bahiae.

## SPECIES 51. BUFO ACUTIROSTRIS. TAB. XXI. FIG. 3.

Subexiguus, brunnescens, acutirostris; dorso medio longitudinaliter fulvo-lineato nigroque marmorato; maxilla superiore pone elevata; tympano supra angulato.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. ~ Corpus subexiguum, supra brunnescens, transverse nigro-maculatum, subtus ochraceum, nigro-punctulatum, medio albo-lineatum. Caput breve, antice acutum, postice supra sublargum, lateraliter subacute marginatum; maxilla superior pone elevata, acute angulata; lingua elliptica; gula ferruginea; parotides exiguae, compressae, extus acute marginatae; dorsum planum, transverse undulateque nigro-fasciatum, medio longitudinaliter fulvescenti-lineatum, lateraliter pone membranose dilatatum et cum femoribus connatum; hypochondria nigricantia vel nigro-striata; pectus fuscescens, medio longitudinaliter albo-lineatum; pedes breves, supra nigro-maculati, subtus rufi; digiti rufescentes, subtus rufo-tuberculati, posteriores breves, semipalmati. Longitudo corporis  $1\frac{1}{2}$ '.

Habitat ad flumen Amazonum.

## SPECIES 52. BUFO PROBOSCIDEUS. TAB. XXI. FIG. 4.



Subexiguus, niger, rostro proboscideo, longe prominente.

**D**ESCRIP<sup>T</sup>IO. Corpus subexiguum, supra nigerrimum, planum, subtus cinerascens, nigro-punctulatum. Caput antice angustum, acutissimum, proboscideum, postice largum, planum; maxilla superior pone elevata, acute angulata; parotides subconspicuae, vix elevatae; dorsum nigrum, planum, vix granulosum, non maculatum, pone cum femoribus membrana tenui, laxa connatum; hypochondria cinerascencia, nigro-punctata; pedes sublongi, subtus nigro-punctati; digiti posteriores breves, subpalmati. Longitudo corporis  $1\frac{3}{4}$ '.

Habitat ad flumen Solimoens.







1.  
PIPA Curururu. *feon*

2.  
PIPA Curururu. *Mare*

## GENUS V. P I P A.

*Corpus depressum, aculeis brevibus hispidum. Caput planum, vix distinctum; maxillae edentatae; lingua nulla; oculi minutissimi; os amplissimum, angulatum; tympanum parotisque extus non conspicua; femora cum lumbis connata; digiti palmae longi, epalmati recti, apice tetracirrhosi, plantae largissime palmati.*

SPECIES 53. PIPA CURURU. TAB. XXII. FIG. 1. Foem. 2. Mas.

Grandis, supra echinata; mas olivaceo-niger, subtus fulvo-maculatus; foemina nigerrima, immaculata.

**D**ESCRIP TIO. Corpus robustum, supra nec non subtus aculeis plurimis brevibus hispidum, foeminae supra et subtus nigerrimum, immaculatum, maris olivaceo-nigrum, subtus nigricans vel virescens, fulvo-maculatum, medio longitudinaliter nigro-lineatum. Caput depressum, breve, acute trigonum, supra oculos et nares tenerrime, ad angulum maxillae posticum large membranose fimbriatum; oculi minutissimi; nares anticae, laterales; os amplum, obtuse angulatum; dorsum anticum torosum, aculeatum, serie macularum maiorum nigrarum quadruplici longitudinali, dorsum foeminae nigerrimum, rugosum, adultae licet nullibi verrucosum; pedes anteriores depressi; palma tetradactyla; digiti cylindrici, longi, palmae apice tetracirrhosi, plantae pentadactylae largissime palmati. Longitudo corporis foeminae 5', maris adulti  $3\frac{1}{2}'$ , maris juvenilis  $2\frac{1}{2}'$ . \*)

Habitat in fundo aquarum lacustrium prope Bahiam et ad flumen Amazonum; differt a Rana Pipa, vel Bufone dorsigero *Daud.* colore fulvo, praecipue dorso nec verruculoso nec pullifero. Specimina 3.

---

\*) Signa mensurae in hoc opere usitata: pes °. pollex ', linea ''.

---



# I N D E X.

## T O M U S I. L A C E R T A E.

		Pagina	1	TABULA	1	
<b>J</b>	<b>JACARETINGA</b>	moschifer	—	2	—	2
	—	punctulatus	—	4	—	3
	<b>CAIMAN</b>	fissipes	—	3	—	4
	—	niger	—	5	—	5
	<b>IGUANA</b>	squamosa	—	6	—	6
	—	viridis	—	7	—	7
	—	coerulea	—	7	—	8
	—	emarginata	—	8	—	9
	—	lophyroides	—	9	—	10
	<b>LOPHYRUS</b>	Xiphosurus	—	9	—	11
	—	Rhombifer	—	10	—	12
	—	margaritaceus	—	10	—	12
	—	ochrocollaris	—	11	—	13
	—	Panthera	—	11	—	13
	—	albomaxillaris	—	12	—	13 <sup>1</sup>
	—	aureo-nitens	—	14	—	14
	<b>POLYCHRUS</b>	marmoratus	—	15	—	14 <sup>1</sup>
	—	acutirostris	—	12	—	15
	<b>AGAMA</b>	hispida mas	—	13	—	16
	—	Foem.	—	13	—	16
	—	semitaeniata	—	14	—	17
	—	nigrocollaris	—	15	—	17
	—	Cyclurus	—	16	—	18
	<b>ANOLIS</b>	violaceus	—	17	—	13
	<b>GECKO</b>	aculeatus.	—	17	—	18
	—	cruciger	—	17	—	18
	<b>THECADACTYLUS</b>	pollicaris	—	17	—	18
	<b>GYMNODACTYLUS</b>	geckooides	—	19	—	19
	<b>TUPINAMBIS</b>	Monitor	—	18	—	20
	—	nigropunctatus	—	19	—	21
	<b>CROCODILURUS</b>	amazonicus	—	20	—	22
	—	ocellatus	—	21	—	22
	<b>KENTROPYX</b>	calcaratus	—	21	—	23
	<b>TEJUS</b>	Ameiva	—	22	—	24
	—	Lateristriga	—	22	—	24
	—	tritaeniatus	—	23	—	25
	—	ocellifer	—	23	—	26
	<b>SCINCUS</b>	bistriatus	—	24	—	26
	—	nigropunctatus	—	24	—	27
	<b>HETERODACTYLUS</b>	imbricatus	—	24	—	27
	<b>LEPOSOMA</b>	scincoides	—	25	—	28
	<b>PYGOPUS</b>	striatus	—	26	—	28
	—	Cariococca	—	26	—	28

TOMUS II. SERPENTES.

		Pagina	1	TABULA	1
ELAPS	Schrankii	—	2	—	2
—	Langsdorfii	—	3	—	2
—	Martii	—	5	—	2 <sup>a</sup>
—	triangularis	—	6	—	2 <sup>a</sup>
—	venustissimus	—	8	—	2 <sup>b</sup>
—	melanocephalus	—	12	—	3
DRYINUS	aeneus	—	14	—	2 <sup>b</sup>
NATRIX	Chiametla	—	16	—	4
—	Forsteri	—	17	—	4
—	Melanostigma	—	18	—	5
—	lacertina	—	20	—	6
—	cinnamomea	—	21	—	6
—	occipitalis	—	23	—	7
—	bicarinata	—	24	—	8
—	Scurrula	—	26	—	9
—	sulphurea	—	27	—	10
—	bahiensis	—	29	—	10
—	cherseoides	—	30	—	10
—	Almada	—	32	—	11
—	ocellata	—	33	—	11
—	semilineata	—	35	—	12
—	sexcarinata	—	37	—	13
—	aspera	—	39	—	14
XIPHOSOMA	punctatissimum	—	40	—	14
—	ornatum	—	43	—	15
—	dorsale	—	45	—	16
OPHIS	Araramboya	—	47	—	17
—	Merremii	—	48	—	18
MICRURUS	Spixii	—	50	—	19
BOTHRUPS	Megaera	—	52	—	20
—	Furia	—	53	—	21
—	Leucostigma	—	54	—	21
—	tessellatus	—	55	—	21
—	taeniatus	—	56	—	22
—	Neuwiedi	—	57	—	22
—	Leucurus	—	59	—	23
—	Surucucú	—	60	—	24
CROTALUS	Cascavella	—	68	—	25
STENOSTOMA	Albifrons	—	70	—	26
LEPOSTERNON	Microcephalus	—	72	—	25
AMPHISHAENA	Oxyura	—	73	—	25
—	vermicularis	—	74	—	26
CAECILIA	annulata	—		—	

TOMUS III. TESTUDINES.

		Pag.	1	TAB.	1
EMYS	amazonica	—	3	—	2
—	viridis	—	4	—	3
—	depressa	—	5	—	4
—	Macrocephala	—	6	—	5
—	Tracaxa	—	7	—	6
—	Rufipes	—	9	—	7
—	Erythrocephala	—	10	—	8
—	canaliculata	—	11	—	9
—	dorsalis	—	12	—	9
—	Stenops	—	13	—	10
—	marmorca	—	15	—	11
CHELYS	Matamata	—	17	—	12
KINOSTERNON	longicaudatum	—	18	—	13
—	brevicaudatum	—	20	—	14
TESTUDO	Hercules	—	21	—	15
—	sculpta	—	22	—	16
—	carbonaria	—	23	—	17
—	Cagado	—		—	

TOMUS III. RANAÆ.

RANA	Gigas	—	25	—	1
—	Pachypus M. F.	—	26	—	2
—	mystacea M. F.	—	27	—	3
—	Megastoma	—	27	—	4
—	scutata	—	28	—	4
—	palmipes	—	29	—	5
—	coriacea	—	29	—	5
—	miliaris	—	30	—	6
—	pygmaea	—	30	—	6
—	labyrinthica	—	31	—	7 1
—	binotata	—	31	—	20
HYLA	ranoides	—	32	—	6
—	lateristriga	—	33	—	6
—	albopunctata	—		—	6
—	affinis	—		—	7
—	marginata	—	"	—	8
—	papillaris	—	34	—	8
—	pardalis	—		—	8
—	cinerascens	—	35	—	8
—	trivittata	—	"	—	9
—	nigerrima	—	36	—	9
—	bipunctata	—	37	—	9
—	variolosa	—	"	—	9
—	coerulea	—	"	—	10



		Pag.	38	TAB.	10
HYLA	stercoracea .	—	"	—	10
—	strigilata	—	39	—	10
—	nebulosa	—	"	—	11
—	geographica	—	40	—	11
—	semilineata	—	—	—	11
—	X-signata	—	41	—	11
—	abbreviata	—	—	—	12
—	zonata	—	42	—	12
—	bufonia	—	42	—	13
—	bicolor	—	43	—	14
BUFO	maculiventris	—	44	—	15
—	Agua	—	"	—	16
—	ictericus	—	45	—	16
—	ornatus	—	—	—	17
—	Lazarus	—	46	—	17
—	dorsalis	—	"	—	18
—	stellatus	—	47	—	18
—	albicans	—	—	—	20
—	scaber (scabiosus)	—	48	—	20
—	Ephippium .	—	—	—	19
—	Albifrons	—	49	—	19
—	globulosus	—	"	—	14
OXYRHYNCHUS	naricus	—	50	—	14
—	nasutus	—	51	—	21
—	semilineatus	—	—	—	21
—	granulosus	—	52	—	21
—	acutirostris .	—	—	—	21
—	proboscideus	—	—	—	21
RIPA	Cururú	—	53	—	22







